BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA

SEX. IVLII FRONTINI

DE AQVAEDVCTV VRBIS ROMAE

EDIDIT

CEZARY KUNDEREWICZ

EDITIO STEREOTYPA
EDITIONIS PRIMAE (MCMLXXIII)



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCVIII

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Frontinus, Sextus Iulius:
[De aquaeductu urbis Romae]
Sex. Iulii Frontini De aquaeductu urbis Romae /
ed. Cezary Kunderewicz. —
Ed. stereotypa ed. 1 (1973). — Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1998
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-8154-1372-9

Printed in Germany
Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, Bad Langensalza

Continentur hoc volumine

PRAEFATIO

Sexti Iulii Frontini de aquaeductu urbis Romae commentarius multis codicibus traditus est. codices enim hi sunt qui manserunt:


1) codex Cassinensis 361, membranaceus, saec. XII;
2) codex Ambrosianus I 29 Sup., membr., Romae a. 1454 scriptus;
3) codex Escorialensis s. III 27, membr., Romae a. 1455 scriptus;
4) codex Urbinas sive Vaticanus lat. 1345, membr., saec. XV;
5) codex Vaticanus lat. 4498, membr., saec. XV;
6) codex Middlehillensis 3706 sive Parisinus n.a.l. 626, membr., a. 1475 scriptus;
7) codex Estensis α T. 6.14, membr., saec. XV;
8) codex Parisinus 6127 A, chart., a. 1664 scriptus et olim Neapoli in patrum Teatinorum aedibus servatus, quo praeparata ad impressionem editio opusculi Frontiniani continetur priores editiones exprimens;
9) codex Barberinianus lat. 121, chart., saec. XVII, qui ex paginis vetusta opusculi Frontini editione impressa (ed. Scriverii, a. 1607) extractis et adnotationibus nec non variis lectionibus codd. Neapolitani, Cassinensis, Urbinatis et priorum editionum munitis constat;
10) codex Barberinianus lat. 151, chart., saec. XVII, qui est liber manu scriptus novae editionis opusculi Frontiniani ex codice Barb. lat. 121 praeparatae.

Quis horum codicum maxima fide dignus sit valde quaeritur. praefatione, quam editioni suae opusculi Frontini praeposuit, F. Buecheler praeeunte I. Rondeleto Parisino (cf. Commentaires de S. J. Frontin sur les Aqueducs

de Rome, Parisiis, a. 1820, praef., p. V) in praeparanda huius opusculi editione textu codicis Cassinensis 361 uno utendum esse fortissime admonuit propterea quod alii libri manu scripti ab illo textu originem ducerent. Buecheleri opinionem secuti sunt editores: C. Herschel, F. Krohn, M. B. McElwain, D. Mauro Inguanez, R. Valentini et G. Zucchetti. sed a. 1900 Rampolla (cf. Atti del II Congresso intern. di archeol. cristiana tenuto in Roma nell'aprile 1900, Roma, 1902, pp. 86–87) iam suspicatus est codicem Escorialensem s. III 27 ex archetypo a codice Cassinensi 361 differente provenire posse. recentissimus autem De aquaeductu commentarii editor P. Grimal qui codicem Escorialensem s. III 27 examinare neglexerat aliam sententiam secutus est. qui praeeunte W. Aly (cf. Rhein. Mus. LXVIII, 1913, pp. 636–637) credit codicem Vaticanum 4498 atque codicem Middlehillensem 3706 traditionem vetustiorem, quae a deperdito quodam codice Hersfeldensi originem duxisset, continere et propterea in elaboranda De aquaeductu commentarii editione neglegendos non esse. quam opinionem vehementer refutavit et quodammodo Buecheleri sententiae adhaesit H. Bloch (cf. American Journal of Philology, LXIX, 1948, pp. 74ss.) qui in dissertatione sua passim annotavit omnes De aquaeductu editores codicis Ambrosiani oblitos esse. quibus de rebus summa eis industria adhibita L. Rubio disseruit (cf. Emerita XXXI, 1963, pp. 21 — 41). qui vir doctissimus dilucide probavit codicem Vaticanum 4498 codicemque Middlehillensem 3706 a codice Ambrosiano I 29 Sup. originem ducere, codicem praeterea Escorialensem s. III 27 nec non codicem Ambrosianum I 29 Sup. traditionem vetustiorem a traditione codicis Cassinensis 361 differentem continere et ab archetypo quodam communi (cod. Hersfeldensi?) provenire, qui inscriptione et designationibus *incipit*, *explicit* caruisse videtur. ex codice Ambrosiano I 29 Sup. etiam codex Estensis α T. 6.14 (qui saepe lectiones illius codicis repetit, e. g. cap. 122, § 2: *parue quoque*; 128, 1: *consultum*) descriptus est. codicem Urbinatem sive Vatic. lat. 1345 cum codice Cassinensi 361 in multis lectionibus consentire

omnes editores notant. codex autem Urbinas saepe etiam traditionem cod. Ambrosiani I 29 Sup. et cod. Escorialensis s. III 27 transmittit (e. g. 1: *tum, ciuitatis*; 2, 1: *fundamentum*; 3, 2: *rationem, pena e lege*; 4, 2: *camaras*; 6,3: *curius*; cf. quod de codice Escor. s. III 27 R. Valentini et G. Zucchetti in praef. ad ed. fragm. opusculi Frontiniani scribunt), quae ex codice Ambrosiano I 29 Sup. provenire videtur (e. g. 96: *caesula*; 108: *intra extraque*).

Codicum igitur inter se rationes hoc stemmate illustrare proponimus:



Itaque in praeparanda De aquaeductu nova editione utendum est non solum textu codicis Cassinensis 361 sed etiam textibus codicum Escorialensis s. III 27 atque Ambrosiani I 29 Sup. alii codices solum ad origines aliquarum

emendationum detegendas usui sunt, quae ab editoribus receptae sunt.

Textus opusculi Frontiniani, qui fol. 22r–33r codicis Cassinensis 361 continetur, a. 1130–1137 propria manu Petri Diaconi (fol. 31 v excepto quod altera manus confecit) cum interpunctione vitiosa et compendiis illo tempore usitatis litteris minusculis quae aetatis Carolingicae dicuntur descriptus est (cf. G. Gundermann, Berliner philol. Wochenschrift XXIII, 1903, coll. 1450–5; H. Bloch, Americ. Journ. of Philol. LXIX, 1948, p. 74). codicem illum in coenobio montis Cassinensis invenit F. Poggio et mense Iulio a. 1429 Romam portatum (ubi usque ad a. 1432 manebat – cf. R. Sabbadini, Le scoperte dei codici latini e greci, I, p. 85; Studi Italiani di filol. class. VII, 1899, p. 133) in complura exemplaria transcribendum curavit. lacunae quae in textu exstant verba ibi quaedam deesse non semper accurate indicant. verba nonnulla atramento rubro scripta sunt. posteriore tempore textum codicis Cassinensis 361 tertia manus rudis emendavit et quasdam lacunas explevit. iam saec. XVIII partes nonnullae textus valde obscuratae erant et hodie cum magna solum difficultate legi possunt. multi loci misere corrupti sunt; nam in textu dittographiae quaedam et interpolationes verborumque transpositiones apparent, quaedam adeo sententiae corruptae sunt ut propria forma earum restitui non possit. in calculis saepe discrepantiae evidentes apparent quae librariis mathematices inexpertis deberi videntur. hoc loco monendum est omnes editorum conatus numerorum corrigendorum ut discrepantiae amoveantur ubicumque in calculis nihil valuisse. etiam in verborum scriptione multi errores librarii apparent quorum specimina adduco. mutatae sunt saepe inter se litterae: f et s (e. g. 119, 2 *sustinenda* pro *festinanda*), c et t (e. g. *martiae* pro *Marciae*), n et u (e. g. 7, 7 *fontin* pro *fontiū*), d et t (e. g. 7, 2 *ed* pro *et*; 7, 4 *aput* pro *apud*), m et n (e. g. 6, 4 *pertimuit* pro *pertinuit*), i et l (e. g. 5, 9 *ciluo* pro *clivo*), c et o (e. g. 10, 5 *circumleoto* pro *circumiecto*), i et t (e. g. 27, 3 *septus* pro *saepius*), i et s (e. g. 77, 4 *officis* pro *officii*), a

et o (e. g. 89, 4 *abiecta* pro *obiecta*), a et u (e. g. *milia* pro *miliū*), b et p (e. g. 18, 4 *suptile* pro *subtile*). librarius saepissime scribit: *e* pro *ae*, *michi*, *nichil*, *anyo*, *alsyetina*, *agryppa*, *appya*. compendiorum signa cognoscere neglegit et *aqua* pro *aquā*, *urbe* pro *urbē*, *usu* pro *usū* aut haplographias sicut e. g. 24, 1 *ipapulacitahuc* pro *in Apuliae civitatibus adhuc* ponit. verba quae in archetypo capere non poterat corrumpit (e. g. 2, 2 *struatu* pro *servato*), litteras omittit (e. g. 2, 2 *contraere* pro *contrahere*) aut addit (e. g. 2, 2 *hordinem* pro *ordinem*; 5, 3 *his* pro *is*).

Codex Ambrosianus I 29 Sup. et codex Escorialensis s. III 27 (quem Ioannes Vynck clericus Coloniensis dioecesis eleganter descripsit) mire inter se in his locis consentiunt ubi a traditione codicis Cassinensis differunt. ambo in c. 66 in inferiore parte paginae glossam a librario positam habent quae originem nominis Anionis explicat. in ambobus dittographia: *specum rupisset forassetve quo* (129, 8) et restitutio: *precessit ei a divo Nerva decurrit* (2, 1) apparent. quam restitutionem etiam in Vaticano 4498, Middlehillensi 3706 (ubi opusculum Frontini in tres libros divisum est: c. 1–63; c. 64–86; c. 87–130) atque Estensi α T. 6.14 invenimus. codicem Escorialensem s. III 27 exemplar codicis Ambrosiani I 29 Sup. non esse Rubio multis argumentis probavit. in codice Ambrosiano librarius c. 66, 67, 68, 69, 71, 72, 73, 94, 103, 112 spatium in fine manens transponenda ibi parte lineae sequentis explevit. quo de usu transpositiones originem ducunt quas in codice Vaticano 4498 et Middlehillensi 3706 invenimus. in Ambrosiano et Escorialensi codicibus opusculi Frontiniani textus misere corruptus est. quadraginta fere casibus exceptis, ubi Ambrosianus et Escorialensis lectiones meliores continent, textus his codicibus servatus peior est quam in Cassinensi (specialiter c. 39 usque ad 63). quaedam enim lacunae in hisce eorum locis exstant qui in Cassinensi facile legi possunt (e. g. 77, 3 *ieiunam*). nonnullae autem lacunae, quae in Cassinensi inveniuntur, in Ambrosiano et Escorialensi codicibus non exstant (e. g. 4, 3 *Alsietina*; 5, 1 *Caeco*). omnes has differentias quae maioris momenti esse videntur in apparatu critico exponimus.

Titulum commentarii Frontini accepimus qui est in codice Cassinensi 361: *De aquaeductu urbis Romae*, quoniam, ut F. Krohn recte monuit, titulus hic Codicis Theodosiani (XV, 2) et Codicis Iustiniani (XI, 43) confirmationem obtinet. abstinemus autem a divisione opusculi in duos libros quae in codice Cassinensi, Ambrosiano et Escorialensi apparet sed sine dubio a librario introducta est. Frontinus enim ipse de commentario suo semper singulari numero locutus est.

Dulce mihi officium restat, ut viris doctis Bibliothecae Teubnerianae, qui hanc editionem promoverunt et consilio auxilioque suo adiuverunt, imprimis tamen Gerhardo Perl viro peritissimo, qui laboris mei effectus subtiliter decernendo inaestimabile mihi officium praestitit, fecit nec non J. Rezlero collegae meo, qui mihi doctrina et benevolentia opitulatus est, maximas et sincerissimas gratias agam.

Scr. Varsaviae Idibus Octobr. a. MCMLXXII.

C. Kunderewicz

CONSPECTVS EDITIONVM

Frontini opusculum, inaestimabilis fons cognoscendarum aquarum urbis Romae idemque imago administrationis perfectissimi viri Romani officium publicum gerentis, postquam saec. XV repertum est, attentionem magnam ad se convertit et saepe editus est.

Principem editionem sub titulo: *Sexti Iulii Frontini ... De Aquis quae in urbem influunt libellus mirabilis* fecerunt Pomponius Laetus et Sulpicius Veranus intra annos 1484 et 1487 (Romae) ex codice Vaticano 4498. cuius editionis repetitiones editio Romana a. 1490, editio Florentina a. 1496 et editio Veneta a. 1497 fuerunt. succedit eis editio Florentina a. 1513 facta sub titulo: *Vitruvius iterum et Frontinus a Iocundo revisi repurgatique quantum ex collatione licuit.* Iocundus (Giovanni Giocondo) primus opusculi Frontiniani textum recensuit et multas emendationes saepissime non rectas introduxit. a Iocundi editione originem ducunt editiones: Florentina a. 1522, Lugdunensis a. 1523, Basileensis a. 1530, Argentoratensis a. 1543 et 1550, Veneta a. 1558, Parisina a. 1588 (ed. Panvinii), Veneta a. 1597, Antverpina a. 1607 (ed. Scriverii), Lugdunensis Bat. a. 1625, Amstelaedamensis a. 1661 (ed. Keuchenii), quae ad emendationem textus fere nihil contulerunt. anno 1722 apparuit editio Patavina quae omnes praecedentes maxime superavit. praeparavit eam Polenus (Giovanni Poleni) qui exemplari textus ex codice Cassinensi 361 a Gattola descripto nec non textibus codicum Urbinatis et Vaticani 4498 et praecedentibus editionibus usus est. hic multos errores librariorum prudenter emendavit, praefationem, vitam Frontini et explicationes adiecit, adnotationes coniecturasque Opsopoei, Scriverii, Scaligeri et Keuchenii in editionem suam incorporavit. insuper nonnumquam temere tentavit evi-

dentes calculi errores in opusculo Frontiniano corrigere et textus divisionem in capitula introduxit. saeculo XVIII opusculum Frontini denuo ediderunt Corradinus de Allio (Venetiis, a. 1742), Societas Bipontina (Zweibrücken, a. 1788), G. C. Adler (Altona, a. 1792), sed emendationes novae apparuerunt demum in duabus saec. XIX editionibus: A. Dederichii (Wesel, a. 1841 et Lipsiae, a. 1855), translatione Germanica et adnotationibus Heinrichii et Schultzii munita, et F. Buecheleri (Lipsiae, a. 1858) qui exemplari textus ex codice Cassinensi 361 a Kellermanno pro Schultzio non semper accurate descripto usus est. ultima saec. XIX editionum est editio Bostonensis (a. 1899) Clementis Herschelii sub titulo: The Two Books on the Water Supply of the City of Rome of Sextus Iulius Frontinus Water Commissioner of the City of Rome A. D. 97, quae tabulas lucis textus ex codice Cassinensi 361, textum Latinum impressum, translationem Anglicam et copiosum commentarium continet. saeculo XX apparuerunt: accurata et novis emendationibus munita editio F. Krohnii (Lipsiae, a. 1922) ex codice Cassinensi 361 facta, textus Latinus editionis Herschelii emendata translatione Anglica C. Bennetti munitus et M. B. McElwain cura iterum impressus (Londini, a. 1925 et 1950), editio phototypica textus ex codice Cassinensi 361 D. M. Inguanezii (Montiscassini, a. 1930), editio cc. 1–22 et 79–93 opusculi Frontiniani ex codice Cassinensi 361 quam R. Valentini et G. Zucchetti accuratissime elaboraverunt in Fonti per la storia d'Italia, 81 (a. 1940) et editio P. Grimali (Parisiis, a. 1944 et 1961) translatione Gallica nec non multis explicationibus et lectionibus nonnullorum aliorum librorum manu scriptorum munita. hac editione capitulorum divisio in paragraphos introducta est. Grimali translatio Gallica opusculi Frontini subiit prioribus translationibus J. Rondeleti (Parisiis, a. 1820 et 1877) et C. Bailly (Parisiis, a. 1848). apparuerunt quoque translatio Italica B. Orsinii (Perusiae, a. 1805) et Polonica (Varsaviae, a. 1961) quam C. Kunderewicz elaboravit et commentario munivit.

CONSPECTVS LIBRORVM SAEPIVS LAVDATORVM

Aly, W., Rhein. Mus. LXVIII, 1913, pp. 636–7.
Amatucci, A. G., Frontiniana. Boll. di Filol. Class. XXX, 1924, 187–189.
Ashby, Th., The Aqueducts of Ancient Rome, Oxford 1937.
—, The Roman Campagna in Classical Times, 2nd rev. ed., 1970.
Bloch, H., The Hersfeld Manuscript of Frontinus' De aquaeductu urbis Romae. Americ. Journ. of Philol. LXIX, 1948, pp. 74ss.
van Buren, A. W., RE VIII A_1, coll. 453–485 s. v. Wasserleitungen.
Cantarelli, L., La serie dei curatores aquarum. Boll. della commissione arch. com. di Roma, serie VI, vol. XXIX, 1901, pp. 180ss.
Corsetti, G., Acquedotti di Roma, Roma 1937.
van Deman, E. B., The Building of the Roman Aqueducts, Washington 1934.
Fea, C., Storia dei condotti antico-moderni delle acque Vergine, Felice e Paola e loro autori, Roma 1832.
—, Miscellanea idraulica, Roma 1916.
di Fenizio, C., Sulla portata degli antichi acquedotti rom., Roma 1916.
Gundermann, G., Berliner philol. Wochenschrift XXIII, 1903, coll. 1450–5.
—, cf. C. G. Bruns, Fontes iuris Romani antiqui ed. sept., Tubingae 1909, pp. 113–115 (cap. 129: lex Quinctia).
Herschel, C., Frontinus and the Water Supply of Rome, London 1913.
Inguanez, M., Atti del sec. Congr. di Studi Rom., Roma 1931, pp. 64–66.
Kappelmacher, A., RE X, coll. 591ss. s. v. Iulius.
—, Wiener Studien XXXVIII, 1916, pp. 181–185.
Krohn, F., Wie war Frontins Schrift über die römischen Wasserleitungen betitelt?, Berl. philol. Wochenschrift XL, 1920, coll. 1102–3.
—, Bursians Jahresberichte 217, 1928, pp. 104–5.
Lanciani, R., I commentarii di Frontino intorno le acque e gli acquedotti. Atti della R. Acad. dei Lincei, ser. III, vol. IV, 1879–1880, pp. 115ss.
—, Ancient Rome in the Light of Modern Discoveries, London 1885.

Lanciani, R., The Ruins and Excavations of Ancient Rome, London 1897.
—, Storia degli scavi di Roma in IV volume, Roma 1902—1912.
Leuze, O., Die röm. Jahrzählung, Tübingen 1909, p. 207.
Lugli, G., I monumenti antichi di Roma, II, Le grandi opere publiche, Roma 1934.
—, Roma nei suoi monumenti, Roma 1950.

Merckel, K., Die Ingenieurtechnik im Altertum, Berlin 1899.
Morgan, M. H., Remarks on the Water Supply of Ancient Rome. Transactions and Proceedings of the Am. Phil. Ass. XXXIII, 1902, pp. 30—7.

Panimolle, G., Gli acquedotti di Roma antica, Roma 1968.
Petschenig, M., Über den Codex Cassinensis der Schrift De aquis urbis Romae nebst einer neuen Collation desselben. Wiener Studien VI, 1884, pp. 249—260.

Rampolla, Atti del II Congr. int. di archeol. crist., Roma 1902, pp. 86—7.
Robinson, R. P., Classical Philology XVI, 1921, p. 252.
—, De fragmenti Suetoniani de grammaticis et rhetoribus codicum nexu et fide, Illinois 1922, pp. 9 ss.
Rocchi, A., Il diverticolo Frontiniano dell'acqua Tepula. Studi e Docum. di Storia e Diritto XVII, 1896, p. 125 ss.
Rubio, L., Emerita XXXI, 1963, pp. 21—41.

Sabbadini, R., Le scoperte dei codici latini e greci, Firenze 1905, I, 85, 108; II, 224.
—, Notizie storico-critiche di alcuni codici latini. Studi Italiani di Filologia Classica VII, 1899, pp. 122, 129, 133; XI, 1903, p. 307.
—, Storia e critica di testi latini, Catania 1914, pp. 4—5, 263, 270, 275.

Valentini, R., et G. Zucchetti, notae topogr. in ed. cit. opusc. Front.

DE SEX. IVLIO FRONTINO VETERVM TESTIMONIA

1. *Tac. hist. IV, 39, 1:* Kalendis Ianuariis *[A. D. 70]* in senatu, quem Iulius Frontinus praetor urbanus vocaverat, legatis exercitibusque ac regibus laudes gratesque decretae.

2. *Tac. Agric. 17, 3:* et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset: subiit sustinuitque molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

3. *Plin. ep. IV, 8, 3:* mihi vero illud etiam gratulatione dignum videtur, quod successi Iulio Frontino, principi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tamquam in locum suum cooptaret, quod nunc eventus ita comprobavit, ut non fortuitum videretur.

4. *Plin. ep. V, 1, 5:* adhibui in consilium duos, quos tunc civitas nostra spectatissimos habuit, Corellium et Frontinum.

5. *Plin. ep. IX, 19, 1. 6:* reprehendis quod iusserit, addis etiam melius rectiusque Frontinum, quod vetuerit omnino monumentum sibi fieri, meque ad extremum quid de utroque sentiam consulis .... age dum, hunc ipsum Frontinum in hoc ipso, in quo tibi parcior videtur et pressior, comparemus. vetuit exstrui monumentum, sed quibus verbis?; inpensa monumenti supervacua est; memoria nostri durabit, si vita meruimus.

6. *Plin. paneg. 61,5—7*: laudandus quidem et ille qui consulatum tertium meruit, sed magis sub quo meruit: magnus memorandusque qui tantum praemium cepit, sed maior qui capienti dedit. quid, quod duos pariter tertio consulatu, duos collegii tui sanctitate decorasti?... uterque nuper consulatum alterum gesserat a patre tuo, id est quanto minus quam a te!, datum.

7. *Mart. X, 48, 18—20:*... saturis mitia poma dabo
De Nomentana vinum sine faece lagona,
Quae bis Frontino consule prima fuit.

8. *Mart. X, 58:* Anxuris aequorei placidos, Frontine, recessus
Et propius Baias litoreamque domum,
Et quod inhumanae cancro fervente cicadae
Non novere nemus, flumineosque lacus
Dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas: nunc nos maxima Roma terit.

9. *Ael. de instr. ac., praef.: παρὰ Φροντίνῳ ἐπισήμων ὑπατικῶν ἡμέρας τινὰς διέτριψα, δόξαν ἀπενεγκαμένῳ περὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἐμπειρίαν .... εὗρον οὐκ ἐλάττονα σπουδὴν ἔχοντα εἰς τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τεθεωρημένην μάθησιν.*

10. *Veg. de re milit. I, 8:* compulit evolutis auctoribus ea me in hoc opusculo fidelissime dicere, quae Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit, quae Cornelius Celsus, quae Frontinus perstringenda duxerunt.

11. *Veg. de re milit. II, 3:* nam unius aetatis sunt, quae fortiter fiunt; quae vero pro utilitate rei publicae scribuntur, aeterna sunt. idem fecerunt alii complures, sed praecipue Frontinus, divo Traiano ab eius modi comprobatus industria.

12. De pronomine et consulatibus Frontini testimonia in CIL VI 2222; VIII 7066; XIII 7711, 8624; XV 7474; XVI 42; Inscr. Ital. XIII 1, pp. 194—195; Ann. ép. 1935, 26; Rev. ét. gr. 80, 1967 n° 580 exstant. cf. et PIR IV^2 214 n° 322.

CONSPECTVS SIGLORVM

C	= codex Cassinensis 361 (saec. XII).
C²	= altera manus quae fol. 31 v codicis Cassinensis 361 confecit.
C³	= manum emendatricem eiusdem codicis significat.
A	= codex Ambrosianus I 29 Sup., a. 1454 scriptus.
A²	= manus emendatrix eiusdem codicis.
E	= codex Escorialensis s. III 27, a. 1455 scriptus.
E²	= manus emendatrix eiusdem codicis.
U	= codex Urbinas sive Vaticanus lat. 1345, saec. XV.
U²	= manus emendatrix eiusdem codicis.
V	= codex Vaticanus lat. 4498, saec. XV.
M	= codex Middlehillensis 3706 sive Parisinus n. a. l. 626, a. 1475 scriptus.
P	= codex Parisinus 6127 A, a. 1664 scriptus.
*	= lacuna. quot fere litterae desint asteriscorum numerus uno maior aut descriptio indicat.
⟨*—*⟩	= lacuna ab editoribus notata.
†	= locus desperatus.
⟨ ⟩	= addunt.
[ ]	= secludunt.
/	= rasura.
Ben	= *Bennett.*
Buech	= *Buecheler.*
Ded	= *Dederich.*
Grim	= *Grimal.*
Gund	= *Gundermann.*
Heinr	= *Heinrich.*
Ioc	= *Giocondo.*
Kund	= *Kunderewicz.*
Lanc	= *Lanciani.*
Pol	= *Poleni.*
Rub	= *Rubio.*
Schul	= *Schultze.*

SEX. IVLII FRONTINI
DE AQVAEDVCTV VRBIS ROMAE

Cum omnis res ab imperatore delegata intentiorem 1
exigat curam et me seu naturalis sollicitudo seu fides
sedula non ad diligentiam modo verum ad amorem quo-
que commissae rei instigent sitque nunc mihi ab Nerva
Augusto, nescio diligentiore an amantiore rei publicae
imperatore, aquarum iniunctum officium cum ad usum
tum ad salubritatem atque etiam ad securitatem urbis
pertinens, administratum per principes semper civitatis
nostrae viros, primum ac potissimum existimo, sicut in
ceteris negotiis institueram, nosse quod suscepi. neque 2
enim ullum omnis actus certius fundamentum crediderim,
aut aliter quae facienda quaeque vitanda sint posse
decerni, aliutve tam indecorum tolerabili viro, quam
delegatum officium ex adiutorum agere praeceptis, quod
fieri necesse est, quotiens imperitia praepositi ad i⟨ll⟩orum
decurrit usum, quorum etsi necessariae partes sunt ad
ministerium, tamen ut manus quaedam et instrumentum
agentis ⟨esse debent⟩. quapropter ea quae ad universam 2
rem pertinentia contrahere potui, more iam per multa
mihi officia servato, in ordinem et ultra hoc in corpus
deducta in hunc commentarium contuli, quem pro for-

Inscriptio: Incipit prologus iuliifrontini inlibrodeaqueductuurbis romae **C** Iulii frontini de aquaeductibus liber primus incipit **A** *in marg.*; Iulii Frontini de aquae ductibus urbis liber primus incipit feliciter **E**. *de pronomine Frontini cf. Testim. n° 12* || **6** cum *Krohn* tum **AE** *om.* **C** || **7** ad[2] **AE** *Rub om.* **C** || **8** ciuitatis **AE** celuitatis **C** ceiuitatis *Haupt, Rhein. Mus., N. F. III, 312* || **11** fundamentum **AE** fundatus **C** || **14** quod **AE** quo **C** || **15** praepositi ad i⟨ll⟩orum *Schul* (praepositei *Haupt l. c.*) precosit ei adi∗∗orua **C** precessit ei a divo Nerva **AE** || **18** agentis ∗∗∗∗∗ **CA** *14 l.* **E** ⟨esse debent⟩ *Ioc* ⟨sunt⟩ *Grim* || **20** ultra hoc in **E** *Rub* uelut hoc in **A** uelut in hunc **C**

3 mula administrationis respicere possem. in aliis autem libris, quos post experimenta et usum conposui, succedentium res acta est; huius commentarii pertinebit fortassis et ad successorem utilitas, sed cum inter initia administrationis meae scriptus sit, in primis ad meam
3 institutionem regulamque proficiet. ac ne quid ad totius rei pertinens notitiam praetermisisse videar, nomina primum aquarum, quae in urbem Romam influunt, ponam; tum per quos quaeque earum et quibus consulibus, quoto post urbem conditam anno perducta si[n]t; dein quibus ex locis et a quoto ⟨miliario⟩ coepisset, quantum subterraneo rivo, quantum substructione, quantum opere
2 arcuato; post altitudinem cuiusque modulorumque rationem; ab illis erogationes, quantum extra urbem, quantum intra quisque modis cuique regioni pro suo modo unaquaeque aquarum serviat; quot castella publica [privataque] sint, et ex is quantum publicis operibus, quantum muneribus – ita enim cultiores ⟨salientes⟩ adpellantur –, quantum lacibus, quantum nomine Caesaris, quantum privatorum usibus beneficio principis detur; quod ius ⟨ducendarum⟩ tuendarumque sit earum, quae id sanciant poenae lege, senatus consulto et mandatis principum inrogatae.

4 Ab urbe condita per annos quadringentos quadraginta unum contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut
2 ex Tiberi aut ex puteis aut ex fontibus hauriebant. fontium memoria cum sanctitate adhuc exstat et colitur:

1 administrationis * *(20 fere litt. spat.)* **C** ⟨respicere possem⟩ **C**[3] *sine spat.* **AE** || **3** fortassis pertinebit *cum transp. signis* **C** fortasse pertinebit **AE** || **10** si[n]t *edd.* || **11** ⟨miliario⟩ *Ioc* ⟨miliario initium⟩ *Krohn* | coepisset *Pol* cepisse at **C** cepissent **AE** capessat *Krohn* capta sit *Ben* concipiatur *Grim* coepisset, ⟨quot passus ductus cuiusque effici⟩at *Buech* || **13** rationem **AE** om. **C** || **14** ab illis **AE** habiles (*transp. post* erogationes) *et* ⟨factae sint⟩ **C** || **15** intra **AE** urbem **C** | quisque modis *Rub* quisque modus **AE** *om.* **C** | cuique **AE** unicuique **C** || **16** [privataque] *Schul* || **18** ⟨salientes⟩ *Krohn* ⟨lacus⟩ *Lanc. comm. p. 581* || **19** cesaris **AE** iulii cesaris **C** || **20** usibus *Heinr* usui **AE** usi **C** || **21** ⟨ducendarum⟩ *Schul* || **22** poenae lege *Buech* pena e lege **AE** pena elige **C** || **23** *post* inrogatae *in* **C**: Explicit prologus; *in* **E**: Prohemium explicit; *sine design. in* **A**

salubritatem enim aegris corporibus adferre creduntur,
sicut Camenarum et Apollinaris et Iuturnae. nunc autem 3
in urbem confluunt aqua Appia, Anio vetus, Marcia,
Tepula, Iulia, Virgo, Alsietina quae eadem vocatur
Augusta, Claudia, Anio novus.

M. Valerio Maximo P. Decio Mure consulibus, anno 5
post initium Samnitici belli tricesimo aqua Appia in
urbem inducta est ⟨ab⟩ Appio Claudio Crasso censore, cui
postea Caeco fuit cognomen, qui etiam viam Appiam a
porta Capena usque ad urbem Capuam muniendam cura-
vit. collegam habuit C. Plaut⟨i⟩um, cui ob inquisitas 2
eius aquae venas Venocis cognomen datum est. sed quia 3
is intra annum et sex menses deceptus a collega tamquam
idem facturo abdicavit se censura, nomen aquae ad Appii
tantum honorem pertinuit, qui multis tergiversationibus
extraxisse censuram traditur, donec et viam et huius
aquae ductum consummaret. concipitur Appia in agro 4
Lucullano via Praenestina inter miliarium septimum et
octavum deverticulo sinistrosus passuum septingentorum
octoginta. ductus eius habet longitudinem a capite usque 5
ad Salinas, qui locus est ad portam Trigeminam, passuum
undecim milium centum nonaginta: ⟨ex eo rivus est⟩ sub-
⟨terraneus pas⟩suum undecim milium centum triginta,
supra terram substructio et arcuatura proximum portam
Capenam passuum sexaginta. ***** iungitur ei ad 6
S⟨p⟩em veterem in confinio hortorum Torquatianorum
et ⟨Tauria⟩norum ramus Augustae ab A⟨ugusto⟩ in

1 enim **AE** *Rub om.* **C** || 2 Cam(o)enarum *Ded* Camenalis? *Krohn* caminaras **C** camaras **AE** | et Iuturnae *Ded* in et iuturne **C** meminit **AE** || 4 Alsietina **AE** * *(10 fere litt. spat.)* **C** || 6 M. Valerio Max. **AE** m. ualerius maximus **C** || 7 tricesimo U² *Sigonius fast. Rom. p. 85, Buech* uicesimo **C** XX° **AE** || 8 ⟨ab⟩ *edd.* || 9 ceco **AE** ******* **C** | qui etiam **AE** *Rub* ******** et **C** || 9.10 a porta **AE** ******** **C** || 10 ad urbem **AE** a ******* **C** || 11 Plaut⟨i⟩um *edd.* || 13 is **U** his **C** is se **AE** || 14 idem **AE** ibidem **C** | se **C** a **AE** || 18 prenestina **AE** -strina **C** Collatina *Lanc comm. p. 247* || 22.23 ex – passuum *rest. Buech* supersuum **CAE** || 25 sexaginta. ***** **C** lx ***** **A** *8 l.* **E** || 25.26 ad S⟨p⟩em *Pol* ads**em **C** ad anienem **AE** || 27 Taurianorum

supplementum eius additus ⟨imposi⟩to cognomine ⟨re-
7 spon⟩denti Gemellorum. hic via Praenestina ad miliarium
sextum deverticulo sinistrosus passuum nongentorum octo-
8 ginta proxime viam Collati⟨n⟩am accipit fontem. cuius
ductus usque ad Gemellos efficit rivo subterraneo passuum
9 sex milia trecentos octoginta. incipit distribui ⟨Appia⟩
imo Publicii clivo ad portam Trigeminam, qui locus
Salinae adpellantur.

6 Post annos quadraginta quam Appia perducta est,
anno ab urbe condita quadringentesimo octogesimo uno
M.' Curius Dentatus, qui censuram cum Lucio Papirio
Cursore gessit, Anionis qui nunc vetus dicitur aquam
perducendam in urbem ex manubiis de Pyrro captis
locavit, Spurio Carvilio Lucio Papirio consulibus iterum.
2 post biennium deinde actum est in senatu de consum-
mando eius aquae opere referente *** nocumi ***
3 praetor⟨e⟩. tum ex senatus consulto duumviri aquae
perducendae creati sunt Curius ⟨qui eam⟩ locaverat et
4 Fulvius Flaccus. Curius intra quintum diem quam erat
duumvirum creatus decessit; gloria perductae pertinuit
5 ad Fulvium. concipitur Anio vetus supra Tibur vicesimo

Carcopino Basil. pp. 67–74; Grim Epaphroditianorum *Lanc comm. p. 249*; ***** norum **CAE** | ramus *edd.* ramum **CAE** | ab A⟨ugusto⟩ *Pol* ab A⟨grippa⟩ *Schul* aba *** **C** ******* **AE** **1** additus *edd.* -um **CAE** imposito *Pol* cui loco *Grim* *** to **C** ******** to **AE** | cognomine **U** *Pol* cognomen **AE** *Grim* conomen **C** | respondenti *Pol* ideo datur *Grim* **** denti **C** denti **A** deinde **E** || **3** sextum **C** VII **A**² **E** | sinistrosus *Krohn* sinistrorsus **AE** sinistro **C** || **4** Collati⟨n⟩am *Schul* | fontem **C** fontes **AE** || **6** Appia *Pol* ** **C** ***** anio **AE** || **7** imo Publicii clivo *Pol* imo publicii ciluo **C** uno publicis aluo **A**² uno publico aluo **E** || **11** M'. *edd.* M. **CAE** || **12** ⟨anio⟩nis **C**³ anienis *const. scr.* **AE** || **16** referente *Buech* irefent **CAE** | *** nocumi *** **C** ******* nocumi ****** **A** * *10 l.* no cum * *10 l.* **E** || **17** praetor⟨e⟩ *Buech* praetor **C** precor ****** **A** *10 l.* **E** || **17–18** ex – sunt **AE**ex ** tus *** ulto duumuiri. que perducendeatisunt **C** || **18** Cu-rius **AE** curi **C** | ⟨qui eam⟩ *Pol* *** **C** ****** **A** *10 l.* **E** | et **AE** *om.* **C** || **20** duumuirum **C** duumuir **AE** || **21** vicesimo *corrupt. susp. Grim*

miliario extra portam Baranam, ubi partem ⟨dat⟩ in
Tiburtium usum. ductus eius habet longitudinem, ita ex- 6
igente libramento, passuum quadraginta trium milium:
ex eo rivus est subterraneus passuum quadraginta duum
milium septingentorum septuaginta novem, substructio
supra terram passuum ducentorum viginti unius.

Post annos centum viginti septem, id est anno ab urbe 7
condita sexcentesimo octavo, Ser. Sulpicio Galba [cum]
Lucio Aurelio Cotta consulibus cum Appiae Anionisque
ductus vetustate quassati privatorum etiam fraudibus
interciperentur, datum est a senatu negotium Marc⟨i⟩o,
qui tum praetor inter cives ius dicebat, eorum ductuum
reficiendorum ac vindicandorum. et quoniam incremen- 2
tum urbis exigere videbatur ampliorem modum aquae,
eidem mandatum a senatu est, ut curaret, quatinus alias
aquas quas posset in urbem perduceret. ⟨Marcius pri⟩ores 3
ductus res⟨tituit et⟩ tertiam illis uberiorem ⟨aquam per⟩-
duxit, cui ab auctore Marciae nomen est. legimus apud 4
Fenestellam, in haec opera Marcio decretum sestertium
milies octingenties, et quoniam ad consummandum nego-
tium non sufficiebat spatium praeturae in annum alterum
est prorogatum. eo tempore decemviri, dum aliis ex causis 5
libros Sibillinos inspiciunt, invenisse dicuntur, non esse

1 Baranam *Alb. Cassius, Corso dell'acque antiche, p. 33; cf. Lanc comm. p. 258* Varianam *Fea ad Hor. epist. I, 14, 3* Tiburtinam *Grim* *qui* extra portam Tiburtinam *secl. put.* Raranam **AE** ∗∗RRA∗∗nam **C** | partem **C** partim **AE** | ⟨dat⟩ *Pol* ∗∗∗ **C** *om.* **AE** || **2** tyburtium **C** tiburtinum **AE** || **8** Sulpitio **AE** sulpicius **C** | [cum] *Buech* || **11** datum **AE** datus **C** | Marc⟨i⟩o *Pol* marco **C** M. Tito **AE**; *Buech* Q. *ante* Marcio *add. prop.* || **16** ⟨Marcius⟩ *Kund* ⟨qui⟩ *edd.*; *post* perduceret ∗∗∗∗∗∗∗ **CA** *18 l.* **E** | ⟨pri⟩ores *Buech*; *post. lac.* ores **CAE** || **17** res⟨tituit et⟩ *Buech* rei ∗∗∗∗ **C** ∗∗∗∗∗ rei **A** *13 l.* **E** | tertiam illis uberiorem *Krohn* tertiam illiobriorum **C** III° miliario ∗∗∗∗∗ briorum **AE** | ⟨aquam⟩ *edd.* ⟨per⟩duxit *Schul* ∗∗∗∗∗∗ duxit **C** duxit **AE** || **18** auctore Marcie **AE** auctorem artiae **C** || **18.19** apud Fenestellam *cf. Peter HRR II, 81, fr. 10* || **20** milies octingenties *Schul Buech* mine octingente **C** nunc octingenti **AE** | et *Buech* sed **CAE** || **21** spatium **M** statium **C** statuit **AE** || **22** decemuiri **AE** decemuira **C** || **23** inuenisse **V** inuenti **CAE**

⟨fas⟩ aquam Marciam ⟨* – *⟩ seu potius Anionem – de
hoc enim constantius traditur – in Capitolium perduci;
deque ea re in senatu M. Lepido pro collegio verba faciente
actum Appio Claudio Q. Caecilio consulibus, ea⟨n⟩dem-
que post annum tertium a Lucio Lentulo retractatam
C. Laelio Q. Servilio consulibus, sed utroque tempore
vicisse gratiam Marcii Regis; atque ita in Capitolium esse
6 aquam perductam. concipitur Marcia via Valeria ad
miliarium tricesimum sextum deverticulo euntibus ab
urbe Roma dextrosus milium passuum trium, Sublacensi
autem, quae sub Nerone principe primum strata est, ad
miliarium tricesimum octavum sinistrosus intra spatium
7 passuum ducentorum. fontium ⟨aqua⟩ sub ⟨arcu⟩bus
petraei⟨s paene⟩ stat in⟨mobilis⟩ stagni mo⟨do⟩ colore
8 praeviridi. ductus eius habet longitudinem a capite ad
urbem passuum sexaginta milium et mille septingentorum
decem et semis: rivo subterraneo passuum quinquaginta
quattuor milium ducentorum quadraginta septem semis,
opere supra terram passuum septem milium quadringen-
torum sexaginta trium: ⟨ex⟩ eo longius ab urbe pluribus
locis p⟨e⟩r vallis opere arcuato passuum quadringentorum
sexaginta trium, propius urbem a septimo miliario sub-
structione passuum quingentorum viginti octo, reliquo
opere arcuato passuum sex milium quadringentorum
septuaginta duum.

8 Cn. Servilius Caepio et L. Cassius Longinus, qui Ra-
villa adpellatus est, censores anno post urbem conditam

1 ⟨fas⟩ *Schöne, Hermes VI, p. 248* | seu **C** sed **AE** ⟨sed Appiam⟩ seu *prop. Buech* || **3** senatu M. *Buech* senatum **C** senatu A. **AE** | collegio *Schöne l. c.* collega **CAE** || **4** ea⟨n⟩demque **V** eademque **CAE** || **10** milium **U** milia **CAE** || **12** spacium **AE** *om.* **C** || **13** pasuum **C** *om.* **AE** | fontium **AE** fontin **C** | ⟨aqua⟩ *Grim* ****** **CAE** | ⟨arcu⟩bus *Kund* ⟨rupi⟩bus *Grim* ****bus **CAE** || **14** petraei⟨s⟩ *Ded Schul* ⟨paene⟩ *Kund* ⟨pene⟩ **V** *Grim* petrei *** **C** petre ****** **A** petre ******* **E** | stat in⟨mobilis⟩ stagni mo⟨do⟩ *Schul* statim ***stagnimo** **C** statim stagmino **E** statim stagmine **A** || **20** ⟨ex⟩ *Pol* ** **C** *om.* **AE** || **21** per *Buech* p. R. **C** per populi Romani **AE** || **23** reliquo *Pol* reliqua **CAE** || **26** Caepio *edd.* scipio **CAE** || **26** rauilla **C** Villa **E** villa **A**

sexcentesimo vicesimo septimo, M. Plautio Hypsaeo
M. Fulvio Flacco cos. aquam quae vocatur Tepula ex
agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credunt,
Romam et in Capitolium adducendam curaverunt. Tepu- 2
la concipitur via Latina ad decimum miliarium dever-
ticulo euntibus ab Roma dextrosus milium passuum
duum. inde ⟨rivo⟩ suo in urbem perducebatur.

Post ⟨hos⟩ M. Agrippa aedilis post primum consulatum 9
imperatore Caesare Augusto II. L. Volcatio cos., anno
post urbem conditam septingentesimo nono decimo ad
miliarium ab urbe duodecimum via Latina ⟨deverticulo⟩
euntibus ab Roma dextrosus milium passuum duum
alterius ⟨a⟩quae proprias vires collegit et Tepulae rivum
intercepit. adquisit⟨ae⟩ aquae ab inventore nomen 2
Iuliae datum est, ita tamen divisa erogatione, ut maneret
Tepulae adpellatio. ductus Iuliae efficit longitudinem 3
passuum quindecim milium quadringentorum viginti sex
S: opere supra terram passuum septem milium: ex eo in
proximis urbi locis a septimo miliario substructione
passuum quingentorum viginti octo, relicto opere arcuato
passuum sex milium quadringentorum septuaginta duum.
praeter caput Iuliae transfluit aqua quae vocatur Crabra. 4
hanc Agrippa omisit, seu quia inprobaverat, sive quia 5
Tusculanis possessoribus relinquendam credebat; haec
namque est quam omnes villae tractus eius per vicem
in dies modulosque certos dispensatam accipiunt. sed 6
non eadem moderatione aquarii nostri partem eius semper

1 plautio AE plautius C || 1.2 Hypsaeo M. *Scaliger, Buech* hypsaponi C hipsapone AE || 5 decimum C X AE *cf. Rocchi, Stud. e docum. di stor. e dir. XVII, 1896, p. 125 ss.* || 6 ab AE ad C | dextrosus ***** C *sine lac.* AE || 7 duum U duu * C ***** AE | inde ** C inde *** A III *** *** E | ⟨rivo⟩ *Pol, Buech* | suo ⟨iure⟩ *Grim* || 8 Post ⟨hos⟩ M. *Kund; cf. c. 13* Post ⟨annos LXXXXII M.⟩ *Buech* Post **** agrippa C post M. Agrippa AE || 9 II C M. AE || 11 ⟨deverticulo⟩ *Schul* || 13 ⟨a⟩quae *Schul* que C *om.* AE || 14 adquisit⟨ae⟩ aquae *Schul* adquisitaque C acquisiteque A acqui siteque E || 19 urbi *Drechsler, Zeitschr. f. österr. Gymnasien, 1890, p. 193; Krohn* urbis CAE || 23 omisit C emissit AE || 24 haec *Krohn* ea *Pol, Buech, Ben* Ec C Ea AE || 25 eius CA est E || 27 par **** eius C partem ***** eius AE

in supplementum Iuliae vindicaverunt, nec ut Iuliam
augerent, quam hauriebant largiendo conpendi sui gra-
7 tia. exclusa ergo est Crabra et totam iussu imperatoris
reddidi Tusculanis, qui nunc forsitan non sine admi-
ratione eam sumunt ignari cui causae insolitam abun-
8 dantiam debeant. Iulia autem revocatis derivationibus,
per quas subripiebatur, modum suum quamvis notabili
9 siccitate servavit. eodem anno Agrippa ductus Appiae,
Anionis, Marciae paene dilapsos restituit et singulari cura
conpluribus salientibus aquis instruxit urbem.

10 Idem cum iam tertio consul fuisset, C. Sentio ⟨Q.⟩
Lucretio consulibus, post annum tertium decimum quam
Iuliam deduxerat, Virginem quoque in agro Lucullano
2 collectam Romam perduxit. die quo primum in urbem
3 responderit, quinto Idus Iunias invenitur. Virgo adpellata
est, quod quaerentibus aquam militibus puella virgun-
cula venas quasdam monstravit, quas secuti qui foderant,
4 ingentem aquae modum vocaverunt. aedicula fonti ad-
5 posita hanc originem pictura ostendit. concipitur Virgo
via Collatia ad miliarium octavum palustribus locis signino
6 circumiecto continendarum scaturriginum causa. adiuva-
7 tur et conpluribus aliis adquisitionibus. venit per longi-
tudinem passuum decem quattuor milium centum quin-
que: ex eo rivo subterraneo passuum milium decem duum
octingentorum sexaginta quinque, supra terram per
passus mille ducentos quadraginta: ex eo substructione
rivorum locis conpluribus passuum quingentorum quadra-
8 ginta, opere arcuato passuum septingentorum. adquisi-
tionum ductus rivi subterranei efficiunt passus mille
quadringentos quinque.

1 supplementum **AE** sublimentum **C** | uindicauerunt **AE** udindicauerunt **C** || **2** conpendi *Ioc* complendi **CAE** || **3** est **E** *om.* **CA** || **4** reddidi *Schul* reddidit **CAE** | admiratione **AE** ammiratione **C** || **11** tertio **C** tercium **AE** | ⟨Q.⟩ *Pol* || **12** lucretio **C** p. lucerio **AE** || **14** die **C** dies **AE** *Pol, Buech* || **15** quinto **C** V^{to} **AE** quintus *Pol, Buech* | Iunias **C** q^{m} Iuliam **A** Iun. **E** || **18** uocauerunt **C** *cf. Sen. nat. quaest. III, 11, 3* inuenerunt **AE** || **19** pictura **CA** pictam **E** | Virgo *Schul* ergo **CAE** || **21** circumiecto *Ioc* circumlecto **AE** circumleoto **C** || **22** et **C** ex **AE** || **24** decem milium duum *cum transp. sign.* **C** XII milium **AE**

Quae ratio moverit Augustum, providentissimum prin- 11
cipem, perducendi Alsietinam aquam, quae vocatur
Augusta, non satis perspicio, nullius gratiae, immo etiam
parum salubrem ideoque nusquam in usus populi fluen-
tem; nisi forte dum opus naumachiae adgreditur, ne quid
salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perdu-
xit et, quod naumachiae coeperat superesse, hortis adia-
centibus et privatorum usibus ad inrigandum concessit.
solet tamen ex ea in Transtiberina regione, quotiens 2
pontes reficiuntur et a citeriore ripa aquae cessant, ex
necessitate in subsidium publicorum salientium dari.
concipitur ex lacu Alsietino via Claudia miliario quarto 3
decimo deverticulo dextrosus passuum sex milium quin-
gentorum. ductus eius efficit longitudinem passuum vi- 4
ginti duum milium centum septuaginta duorum, opere
arcuato passuum trecentorum quinquaginta octo. idem 12
Augustus in supplementum Marciae, quotiens siccitates
egerent auxilio, alia⟨m aquam⟩ eiusdem bonitatis opere
subterraneo perduxit usque ad Marciae rivum, quae ab
inventore adpellatur Augusta. nascitur ultra fontem 2
Marciae. cuius ductus, donec Marciae accedat, efficit 3
passus octingentos.

Post hos C. Caesar, qui Tiberio successit, cum parum 13
et publicis usibus et privatis voluptatibus septem ductus
aquarum sufficere viderentur, altero imperii suo anno,
M. Aquila Iuliano P. Nonio Asprenate cos., anno urbis
conditae septingentesimo ⟨unde⟩nonagesimo duos ductus
inchoavit. quod opus Claudius magnificentissime con- 2
summavit dedicavitque Sulla et Titiano consulibus, anno
post urbem conditam octingentesimo quarto Kalendis

3 etiam **CA** et **E** || **5** dum *Krohn* cum **CAE** | adgreditur **C** aggrederetur **AE** || **6** perduxit **AE** perducit **C** || **7** adiacentibus **C** subiacentibus **AE** || **18** egerent **U** *Ioc* agerent **CAE** | alia⟨m aquam⟩ *Ioc* **C** alie **AE** || **26** aquila **CA** Aquilio **E** | nonio **C** Nononio **AE** || **27** septingentesimo ⟨unde⟩nonagesimo *Pagi, Pol, Buech, Krohn* septingentesimo nonagesimo **C** DCCLXXXX **AE** *cf. Valentini et Zucchetti ed. p. 24* || **29** sulla **C** Suilio **A** Seruilio **E** | Titiano **AE** tian **C** || **30** quarto *Valentini et Zucchetti l. c.* tertio *Pagi, Pol, Buech, Krohn* sexto **C** VI **AE**

3 Augustis. alteri nomen ⟨aquae⟩ quae ex fontibus Caerulo
4 et Curtio perducebatur Claudiae datum. haec bonitatis
5 proxima⟨e⟩ est Marciae. altera, quoniam duae Anionis
in urbem aquae fluere coeperant, ut facilius adpella-
tionibus dinoscerentur, Anio novus vocitari coepit;
⟨altitudine⟩ alias omnes praecedit; priori Anioni co-
14 gnomen veteris adiectum. Claudia concipitur via Subla-
censi ad miliarium tricesimum octavum deverticulo
sinistrosus intra passus trecentos ex fontibus duobus
amplissimis et speciosis, Caerulo, qui a similitudine ad-
2 pellatus est, et Curtio. accipit et eum fontem qui vocatur
Albudinus, tantae bonitatis, ut Marciae quoque adiutorio
quotiens opus est ita sufficiat, ut adiectione sui nihil ex
3 qualitate eius mutet. Augustae fons, quia Marciam sibi
sufficere adparebat, in Claudiam derivatus est, manente
nihilo minus praesidiario in Marciam, ut ita demum
Claudiam aquam adiuvaret Augusta, si eam ductus
4 Marciae non caperet. Claudiae ductus habet longitudinem
passuum quadraginta sex milium ⟨quadringentorum
sex⟩: ex eo rivo subterraneo passuum triginta sex milium
ducentorum triginta, opere supra terram passuum decem
milium ⟨centum⟩ septuaginta sex: ex eo opere arcuato
in superiori parte pluribus locis passuum trium milium
septuaginta sex, et prope urbem a septimo miliario sub-
structione rivorum per passus sexcentos novem, opere
arcuato passuum sex milium quadringentorum nonaginta
et unius.

15 Anio novus via Sublacensi ad miliarium quadragesimum
secundum in Simbruino excipitur ex flumine, quod cum
terras cultas circa se habeat soli pinguis et inde ripas

1 augustis **C** Augusti **AE** | ⟨aquae⟩ quae *Buech* que **C** quod **AE** || **1–2** quae – perducebatur *del. esse put. Schul et Buech* || **2** bonitatis **C** bonitate **AE** || **3** proximae *Buech* proxima **CAE** || **6** altitudine *add. Krohn* | alias **V** Alia **CAE** || **10** Caerulo *edd.* Caeruleo *Buech*; *cf. Suet. Claud. 20* cerule **C** cerulo **A** ceruleos **E** || **13** adiectione sui *Ioc* adlectionessex **C** adiectiones sex **A** adiecciones sex **E** || **19. 20** ⟨quadringentorum sex⟩ *add. Pol* || **22** ⟨centum⟩ *Pol* | septuaginta sex **C** LXXXI **AE** || **27** unius *edd.* unum **CAE** || **29** Simbruino *Buech* sumbriuno **C** subriuino **AE** | excipitur **C** concipitur **AE** || **30** circa **C** circum **AE**

solutiores, etiam sine pluviarum iniuria limosum et turbu-
lentum fluit. ideoque a faucibus ductus interposita est 2
piscina limaria, ubi inter amnem et specum consisteret
et liquaretur aqua. sic quoque, quotiens imbres super- 3
veniunt, turbida pervenit in urbem. iungitur ei rivus 4
Herculaneus oriens eadem via ad miliarium tricesimum
octavum e regione fontium Claudiae trans flumen viam-
que. natura ⟨est⟩ purissimus, sed mistus gratiam splen- 5
doris sui amittit. ductus Anionis novi efficit passuum 6
quinquaginta octo milia septingentos: ex eo rivo sub-
terraneo passuum quadraginta novem milia trecentos,
opere supra terram passuum novem milia quadringen-
tos: ex eo substructionibus aut opere arcuato superiori
parte pluribus locis passuum duo [decim] milia trecentos,
et propius urbem a septimo miliario substructione rivo-
rum passuum sexcentos novem, opere arcuato passuum
sex milia quadringentos nonaginta unum. hi sunt arcus 7
altissimi, sublevati in quibusdam locis pedes centum
novem.

Tot aquarum tam multis necessariis molibus pyramidas 16
videlicet otiosas conpares aut cetera inertia sed fama cele-
brata opera Graecorum!

Non alienum mihi visum est, longitudines †quoque 17
rivorum cuiusque ductus etiam per† species operum con-
plecti. nam cum maxima huius officii pars in tutela eorum 2
sit, scire praepositum oportet, quae maiora inpendia
exigant. nostrae quidem sollicitudini non suffecit singula 3
oculis subiecisse, formas quoque ductuum facere cura-
vimus, ex quibus adparet ubi valles quantaeque, ubi

5 ei *Ioc* et **CAE** || **6.7** tricesimum octauum **C** XLIIII **AE** || **8** natura **A** nature **C** nam **E** | ⟨est⟩ *Buech* | purissimus **AE** pessimus **C** || **9** ductus **AE** ductu **C** || **13** aut **CE** et **A** || **14** [decim] *Pol* duodecim **C** XII **AE** | trecentos **C** DCCC **A** DCCCC **E** || **15** propius **CA** proprius **E** || **20** pyramidas **CA** piramidas **E** || **22** opera Graecorum *edd.* opere grecorum **C** grecorum opera **AE** || **23** longitudines **C** longitudinis **AE** | quoque *del. esse put. Heinr* || **23–24** ⟨quantas⟩quomque – per⟨lustrare et oculis singulas⟩ species *em. prop. Krohn* || **24** per species **C** prespiciens **AE** || **27** nostrae *Ioc* nostra **CE** nostri **A** | sollicitudini *Ioc* sollicitudine **CAE** | suffecit *Ioc* sufficit **CAE**

flumina traicerentur, ubi montium lateribus specus ad-
plicitae maiorem adsiduamque protegendi ac muniendi
4 ⟨ri⟩vi exigant curam. hinc illa contingit utilitas, ut rem
statim veluti in conspectu habere possimus et deliberare
tamquam adsistentes.

18 Omnes aquae diversa in urbem libra perveniunt. inde
2 fl⟨u⟩unt quaedam altioribus locis et quaedam erigi in
eminentiora non possunt; nam et colles sensim propter
3 frequentiam incendiorum excreverunt rudere. quinque
sunt quarum altitudo in omnem partem urbis adtollitur,
sed ex his aliae maiori, aliae leviori pressura coguntur.
4 altissimus est Anio novus, proxima Claudia, tertium locum
tenet Iulia, quartum Tepula, dehinc Marcia, quae capite
etiam Claudiae libram aequat. sed veteres humiliore
derectura perduxerunt, sive nondum ad subtile explorata
arte librandi, seu quia ex industria infra terram aquas
mergebant, ne facile ab hostibus interciperentur, cum
5 frequentia adhuc contra Italicos bella gererentur. iam
tamen quibusdam locis, sicubi ductus vetustate dilapsus
est, omisso circuitu subterraneo vallium brevitatis causa
6 substructionibus arcuationibusque traiciuntur. sextum
tenet librae locum Anio vetus, similiter suffecturus etiam
altioribus locis urbis, si, ubi vallium submissarumque
regionum condicio exigit, substructionibus arcuationi-
7 busve in is erigeretur. sequitur huius libram Virgo, deinde
Appia: quae cum ex urbano agro perducerentur, non in
8 tantum altitudinis erigi potuerunt. omnibus humilior
Alsietina est, quae Transtiberinae regioni et maxime
iacentibus locis servit.

19 Ex his sex via Latina intra septimum miliarium contectis

2 protegendi **P** tuendi *Buech* † petendi *Krohn* petendi **CAE** || **3** ⟨ri⟩vi *Heinr* ui **CAE** || **4** ueluti **CA** uti **E** || **7** fl⟨u⟩unt *edd.* fiunt **CAE** | erigi **C** enim eniti **E** eniti **A** || **8** sensim *Buech* si sint **CAE** || **10** quarum *Schul* duarum **CAE** || **11** aliae[1] *om.* **E** | maiori **C** maiore **AE** | leviori **C** leviore **AE** || **14** equat **AE** equata **C** || **15** derectura **C** directam **AE** || **23** si ubi *Ioc* sicubi **CA** sic ubi **E** | uallium **AE** uallum **C** || **24.25** arcuationibusve in is *Krohn* arcuationibusve *Buech* arcuationibus ueteris **C** arcuationibusque ueteris **AE** || **25** erigeretur **C** exigentur **AE** || **30** his **CA** iis **E**

piscinis excipiuntur, ubi quasi respirante rivorum cursu
limum deponunt. modus quoque earum mensuris ibidem 2
positis initur. una autem [earum] Iulia, Marcia, Tepula 3
quae intercepta, sicut supra demonstravimus, rivo Iuliae
accesserat, nunc a piscina eiusdem Iuliae modum accipit ac proprio canali et nomine venit, hae tres a
piscinis in eosdem arcus recipiuntur. summus ⟨ex⟩ his 4
est Iuliae, inferior Tepulae, dein Marcia. quae ad lib- 5
ram ⟨collis Vi⟩minalis con⟨tine⟩nte⟨r⟩ a⟨dflu⟩entes ad
Viminalem usque portam deveniunt. ibi rursus emer- 6
gunt. prius tamen pars Iuliae ad Spem veterem excepta 7
castellis Caelii montis diffunditur. Marcia autem partem 8
sui post hortos Pallantianos in rivum qui vocatur Herculaneus deicit. is per Caelium ductus, ipsius montis usibus 9
nihil ut inferior subministrans, ⟨f⟩initur supra portam
Capenam. Anio novus et Claudia a piscinis in altiores 20
arcus recipiuntur ita ut superior sit Anio. finiuntur arcus 2
earum post hortos Pallantianos et inde in usum urbis
fistulis diducuntur. partem tamen sui Claudia prius in 3
arcus qui vocantur Neroniani ad Spem veterem transfert.
hi directi per Caelium montem iuxta templum divi 4
Claudii terminantur. modum quem acceperunt aut circa 5
ipsum montem aut in Palatium Aventinumque et regionem Transtiberinam dimittunt. Anio vetus citra quartum 21
miliarium infra novum, qui a ⟨via⟩ Latina in Lavicanam
inter arcus traicit, et ipse piscinam habet. inde intra 2

2 limum **C** *om.* **AE** || 3 una **CAE** tres *Buech* | [earum] *Grim; ante* earum *lac. ind. Krohn et lac. expl. ex v. 8 put.;* † earum *Valentini et Zucchetti* || 3.4 Tepula quae *edd.* tepulaque **CAE** || 5 accipit *Ioc* accepit **CAE** || 7 ⟨ex⟩ *Schul* || 9 ⟨collis Vi⟩minalis *edd.;* ∗∗∗∗∗ minalis **C** ∗ *(fere 10 litt. spat.)* minalis **A** *20 l.* **E** | continenter *Grim* con ∗∗∗∗∗ nte **C** con ∗∗∗∗∗ neni **A** con ∗∗∗∗∗∗ intra **E** | adfluentes *Kund* una fluentes *Grim* a ∗∗ entes **C** ∗∗∗-∗∗∗∗ entes **A** *12 l.* **E** || 14 is *Ded* se **CAE** || 15 ⟨f⟩initur *Phil. Ruben. Elect. libri II, 35* initur **C** oritur **AE** || 22 acceperunt aut circa **AE** acce ∗∗∗∗ perunt aud ∗∗ circa **C** || 24 transtybe ∗ rinam **C** || 25 infra *Ded* intra **CAE** | novum *Ded* novi specum *Grim* nouie **C** no ∗∗∗∗∗ uie **AE** | qui a via *Ded, Buech* qua a uia *Grim* † eq via *Krohn* quia **CAE** | Latina **CA** latia **E** | in *om.* **E**

secundum miliarium partem dat in specum qui vocatur
Octavianum et pervenit in regionem viae Novae ad
hortos Asinianos, unde per illum tractum distribuitur.
3 rectus vero ductus secundum Spem veniens intra portam
22 Exquilinam in altos rivos per urbem diducitur. nec Virgo
nec Appia nec Alsietina conceptacula, id est piscinas,
2 habent. arcus Virginis initium habent sub hortis Luculla-
nis, finiuntur in campo Martio secundum frontem Saepto-
3 rum. rivos Appiae sub Caelio monte et Aventino actus
4 emergit, ut diximus, infra clivum Publicii. Alsietinae duc-
tus post naumachiam, cuius causa videtur esse factus,
finitur.

23 Quoniam auctoris cuiusque aquae et aetates, praeterea
origines et longitudines rivorum et ordinem librae per-
secutus sum, non alieni autem modi mihi videtur, etiam
singula subicere et ostendere quanta sit copia quae publi-
cis privatisque non solum usibus et auxiliis verum etiam
voluptatibus sufficit, et per quot castella quibusque re-
gionibus diducatur, quantum extra urbem, quantum in
urbe, et ex eo quantum lacibus, quantum muneribus,
quantum operibus publicis, quantum nomine Caesaris,
2 quantum privatis usibus erogetur. sed rationis existimo,
priusquam nomina quinariarum centenariarumque et
ceterum modulorum, per quos mensura constituta est,
proferamus, et indicare quae sit eorum origo, quae vires
et quid quaeque adpellatio significet, propositaque
regula, ad quam ratio eorum et initium conputatur, osten-
dere qua ratione discrepantia invenerim et quam emen-
dandi viam sim secutus.

24 Aquarum moduli aut ad digitorum aut ad unciarum

2 octauianum **C** octauianus **AE** || 6 id est **CA** idem **E** || 7 Lucullanis *edd.* lucilianis **C** lucillianis **AE** || 10 publicii **C** p. **AE** | alsi * etineductus **C** Alsi et inde eductus **AE** || 11 post **C** est in **AE** || 14 origines *Schul* ordines **CAE** || 15 *post* sum *edd. lac. ind.* | alieni **C** alienum **AE** | autem modi *om.* **AE** || 19 diducatur *Ded* deducatur **CAE** || 19.20 in urbe *Schul* in urbem **C** intra urbem **AE** || 23 centenariarumque *Ioc* centenariarum **E** centenariumque **C** centuriariumque **A** || 25 vires *om.* **AE** || 26 queque **AE** que **C** || 29 sim **CA** sum **E**

mensuram instituti sunt: digiti in Campania et in pleris-
que Italiae locis, unciae in Apuliae ci⟨vi⟩ta⟨ti⟩bus ob-
servatur. est autem digitus, ut convenit, sextadecima 2
pars pedis, uncia duodecima. quemadmodum autem 3
inter unciam et digitum diversitas, ita et ipsius digiti
simplex observatio non est. alius vocatur quadratus, alius 4
rotundus. quadratus tribus quartisdecumis suis rotundo 5
maior, rotundus tribus undecumis suis quadrato minor
est, scilicet quia anguli deteruntur. postea modulus nec **25**
ab uncia nec ab alterutro digitorum originem accipiens,
inductus, ut quidam putant, ab Agrippa, ut alii, a plum-
bariis per Vitruvium architectum, in usum urbis exclusis
prioribus venit, adpellatus quinariae nomine. qui autem 2
Agrippam auctorem faciunt, dicunt, quod quinque antiqui
moduli exiles et velut puncta, quibus olim aqua cum
exigua esset dividebatur, in unam fistulam coacti sint;
qui Vitruvium et plumbarios, ab eo quod plumbea lam-
mina plana quinque digitorum latitudinem habens cir-
cumacta in rotundum hunc fistulae modulum efficiat.
sed hoc incertum est, quoniam cum circumagitur, sicut 3
interiore parte adtrahitur, ita per illam, quae foras spec-
tat, extenditur. maxime probabile est, quinariam dictam 4
a diametro quinque quadrantum, quae ratio in sequenti- 5
bus quoque modulis usque ad vicenariam durat, dia-
metro per singulos adiectione singulorum quadrantum
crescente: ut in senaria, quae sex quadrantes in diametro
habet, et septenaria, quae septem, et deinceps simili
incremento usque ad vicenariam. omnis autem modulus **26**
colligitur aut diametro aut perimetro aut areae mensura,
ex quibus et capacitas adparet. differentiam unciae, 2
digiti quadrati et digiti rotundi, et ipsius quinariae ut

2 Apuliae *Scaliger* papula **C** pupula **AE** | ci⟨vi⟩ta⟨ti⟩bus *Krohn* ci⟨vi⟩ta⟨tibus ad⟩huc *Grim* citahuc **C** tita hoc **AE** || **6** non **AE** *om.* **C** || **13** quinariae *Buech* quinario **CAE** || **16** sint *Heinr* sunt **CAE** || **23** quadrantum **CA** quadratum **E** || **25** adiectione **AE** adiectionem **C** || **26** sexs *Buech* sex. s. **CA** sex scilicet **E** || **29** areae mensura *Pol* eree mensure **C** eree *(fere 10 litt. spat.)* mensure **AE** || **31** ipsius **AE** ipsi **C**

facilius dinoscamus, utendum est substantia quinariae,
3 qui modulus et certissimus et maxime receptus est. unciae
ergo modulus habet diametri digitum unum et trientem
digiti; capit plus, quam qui⟨naria⟩, quinariae octava, hoc
4 est sescuncia quinariae et scripulis tribus et bese scripuli.
5 digitus quadratus in longitudine et latitudine aequalis est.
digitus quadratus in rotundum redactus habet diametri
digitum unum et digiti sescunciam sextu⟨la⟩m; capit qui-
6 nariae dextantem. digitus rotundus habet diametri digi-
tum unum; capit quinariae septuncem semunciam sextu-
27 lam. ceterum moduli, qui a quinaria oriuntur, duobus
2 generibus incrementum accipiunt. est unum, cum ipsa
multiplicatur, id est eodem lumine plures quinariae inclu-
duntur, in quibus secundum adiectionem quinariarum
3 amplitudo luminis crescit. est autem fere tunc in usu,
cum plures quinariae inpetratae, ne rivus saepius convul-
neretur, una fistula excipiuntur in castellum, ex quo
28 singuli suum modum recipiunt. alterum genus est,
quotiens non ad quinariarum necessitatem fistula incre-
mentum capit, sed ad diametri sui mensuram, secundum
quod et nomen accipit et capacitatem ampliat: ut puta
quinaria, cum adiectus est ei ad diametrum quadrans,
2 senariam facit. nec iam in solidum capacitatem ampliat;
capit enim quinariam unam et quincuncem sicilicum
3 ⟨scripulum⟩. et deinceps eadem ratione quadrantibus

1 substantia *Pol* substantie **CAE** || **2** modulus **C** modus **AE** || **3** modulus **C** modus **AE** || **3–7** et trientem – digitum unum *om.* **AE** digitus quadratus – aequalis est *ex c. 38* **CAE** *cf. Rubio pp. 34ss.* || **8** sextulam *edd.* sextum **CAE** || **9** dextantem **C** dextrantem **E** textrantem **A** || **11** quinaria **AE** quinarie **C** || **12** est unum *Pol, Heinr, Buech* et una **CAE** *post* una *lac. ind. Krohn* | multiplicatur **V** multiplicantur **CAE** || **13** lumine **AE** iumine **C** || **15** usu *Krohn* usum **CAE** || **16** ne rivus *Jordansius de publ. urb. R. et Constantinop. aquaeduct. p. 55* ne in uis **A** ne in uiis **E** neminis **C** | saepius *Ioc* septus **CAE** | conuulneretur **C** cum uulneretur **AE** || **21** capacitatem *Ioc* capacitatis **CAE** capacitatis ⟨modum⟩ *Krohn* || **22** adiectus **CA** deiectus **E** || **23** senariam *Schul* senarium **CAE** || **25** ⟨scripulum⟩ *Krohn; cf. c. 40*

diametro adiectis, ut supra dictum est, crescunt septe-
naria, octonaria usque ad vicenariam. subsequitur illa 29
ratio, quae constat ex numero digitorum quadratorum,
qui area, id est lumine, cuiusque moduli contine⟨n⟩tur,
a quibus et nomen fistulae accipiunt. nam quae habet 2
areae, id est luminis, in rotundum coactos digitos qua-
dratos viginti quinque, vicenum quinum adpellatur:
similiter tricenaria et deinceps per incrementum ⟨V⟩
digitorum quadratorum usque ad centenum vicenum. in 30
vicenaria fistula, quae in confinio utriusque rationis
posita est, utraque ratio paene congruit. nam habet secun- 2
dum eam conputationem, quae in ⟨an⟩tecedentibus mo-
dulis servanda est, in diametro quadrantes viginti, cum
diametri eiusdem digiti quinque sint; et secundum eorum
modulorum rationem, qui sequuntur, aream habet digito-
rum quadratorum exiguo minus viginti. ratio fistularum 31
quinariarum usque ad centenum vicenum per omnes
modulos ita se habet, ut ostendimus, et omni genere inita
constat sibi. convenit et cum is modulis, qui in commen- 2
tariis invictissimi et piissimi principis positi et confirmati
sunt. sive itaque ratio sive auctoritas sequenda est, utro- 3
que commentariorum moduli praevalent. sed aquarii cum 4
manifestae rationi ⟨in⟩ pluribus consentiant, in quattuor
modulis novaverunt, duodenaria et vicenaria et cente-
naria et cent⟨en⟩um vicenum. et duodenaria⟨e⟩ quidem 32
nec magnus error nec usus frequens est. cuius diametro 2
adiecerunt digiti semunciam sicilicum, capacitati qui-
nariae ⟨quadrantem *–*⟩ † et besem. ⟨in⟩ reliquis autem 3

4 continentur *Pol* continetur **CAE** || 6 coactos *Degering, Rhein. Mus. 57, 1902, p. 27* coacti **CAE** || 8 ⟨V⟩ *Krohn* quinorum *Buech* || 11 pene congruit **C** poene congruunt **AE** | habet *edd.* habes **CAE** || 12 in antecedentibus *Pol* intecedentibus **C** in tricentibus **AE** || 14 sint **C** fuit **AE** || 15 aream *Buech* ad eam **CAE** || 16 exiguominus **C** ex ignominiis **AE** || 19 is *edd.* his **C** iis **AE** || 21 auctoritas **CA** auertas **E** || 22 preualent **C** perualent **AE** | cum *edd.* cur **CAE** || 23 ⟨in⟩ *Pol* || 24 nouauerunt **C** nominauerunt **AE** || 25 cent⟨en⟩um *edd.* centum **CAE** | duodenaria⟨e⟩ *Ioc* duodenaria **CAE** || 26 usus **C** usu **AE** || 28 ⟨quadrantem⟩ *Pol; post* quadrantem *lac. et loc. desp. ind. Krohn* quinarie ebesem **C** quinarie et besem **AE** | ⟨in⟩ *Pol*

4 tribus modulis plus deprenditur. vicenariam exiguiorem
faciunt diametro digiti semisse, capacitate quinariis tribus
5.6 et semuncia. quo modulo plerumque erogatur. centenaria
autem et centenum vicenum, quibus adsidue accipiunt,
7 non minuunt⟨ur⟩ sed augentur. diametro enim cente-
nariae adiciunt digiti plus besem et semunciam, capa-
8 citati quinarias decem besem semunciam [sicilicum]. cen-
tenum vicenum diametro adiciunt digitos tres septuncem
semuncia⟨m⟩ ⟨sicilicum⟩, capacitati quinaria⟨s⟩ sexaginta
33 sex sextantem. ita dum aut vicenariae, qua subinde ero-
gant, detrahunt aut centenariae et centenum vicenum
adiciunt, quibus semper accipiunt, intercipiuntur in cen-
tenaria quinariae viginti septem, in centenum vicenum
2 quinariae octoginta sex [uncia]. quod cum ratione adpro-
3 betur, re quoque ipsa manifestum est. nam pro vicenaria,
quam Caesar pro quinariis sedecim adsignat, non plus
erogant quam tredecim, et ex centenaria quam amplia-
verunt eque ⟨centenum vicenum⟩ certum est illos non
erogare nisi ad artiorem numerum, quia Caesar secundum
suos commentarios, cum ex quaque centenaria explevit
quinarias octoginta unam se⟨missem⟩, item ex centenum
vicenum quinarias nonaginta octo, tamquam exhausto
34 modulo desinit distribuere. in summa moduli sunt XX
2 quinque. omnes consentiunt et rationi et commentariis
3 exceptis his quattuor, quos aquarii novaverunt. omnia
autem, quae mensura continentur, certa et inmobilia con-
gruere sibi debent; ita enim universitati ratio constabit.
4 et quemadmodum verbi gratia sextarii ratio ad cyatos,

5 minuun⟨tur⟩ V minuunt CAE || 6 digiti plus besem *Krohn* deigitibus bese C digitis besem AE || 7 besem *Krohn* semissem CAE | sycilicum C silicum AE *del. Buech et post* semunciam *v. 9 transponit* || 7.8 centenum vicenum *Pol* centeno uiceno CAE || 9 semunciam *edd.* semuncia CAE | ⟨sicilicum⟩ *Pol* | quinarias *Ioc* quinaria CAE || 10 qua *Pol* quas CAE || 11 centenarie AE centarie C || 14 [uncia] *Buech* || 18 ⟨centenum vicenum⟩ *Buech* || 19 artiorem C arctiorem AE | quia C qui AE || 21 semissem *Pol* se *** C se *(fere 10 litt. spat.)* A se * *12 l.* E || 23.24 moduli sunt XXV AE modulisunt moduli XX quinque C || 25 nouauerunt C nominauerunt AE || 26 certa CA circa E || 27 uniuersitati C uniuersitatis AE

modii vero et ad sextarios et ad cyatos respondent: ita
et quinariarum multiplicatio in amplioribus modulis
servare consequentiae suae regulam debet. alioqui cum 5
in erogatorio modulo minus invenitur, in acceptorio plus,
adparet non errorem esse sed fraudem.

Meminerimus omnem aquam, quotiens ex ⟨altiore loc⟩o 35
venit et intra breve spatium in castellum cadit, non tan-
tum respondere modulo suo sed etiam exuberare; quotiens
vero ex humiliore, id est minore pressura, longius ducatur,
segnitia ductus modum quoque deperdere; ⟨e⟩t ideo
secundum hanc rationem aut oneranda esse erogatione
aut relevanda.

Sed et ⟨calicis⟩ positio habet momentum. in rectum et 36 2
ad libram conlocatus modum servat, ad cursum aquae
obpositus et devexus, id est ad haustum pronior,
amplius rapit, ad latus praetereuntis aquae conversus et
supinus, segniter et exiguum sumit. est autem calix 3
modulus aeneus, qui rivo vel castello inditur; huic
fistulae adplicantur. longitudo eius habere debet digitos 4
non minus duodecim, lumine, id est capacitate, quanta
imperata fuerit. excogitatus videtur, quoniam rigor aeris 5
difficilior ad flexum non temere potest laxari vel coartari.

Formulas modulorum qui sunt omnes viginti et quinque 37
subiec[t]i, quamvis in usu quindecim tantum frequentes
sint, derectas ad rationem de qua locuti sumus, emendatis

1 modii C modi AE || **3** consequentie C sequentiae AE || **4** acceptorio AE acceptore C || **6** meminerimus *edd.* *(15 fere litt. spat.)* memineramus CA ∗ *20 l.* E | altiore loco *Pithoeus* ∗∗∗∗o C ∗∗∗∗∗∗∗o AE || **7** breve spatium *Ioc* breues. At cum C breues et cum AE || **8** exuberare C exuperare AE || **10** deperdere; ⟨e⟩t *Schul* deperderet CA deperdere E || **11** hanc CE hinc A | rationem *(10 fere litt. spat.)* AE || **13** ⟨calicis⟩ *Ioc* || **14** servat *Ioc* seruauit CAE || **15** id est – pronior *huc transp. Krohn, post* supinus (**17**) CAE || **17** segniter et *Buech* segniter AE segniterer C || **18** inditur *Krohn* induitur CAE inducitur *Fea, Storia delle acque, pp. 227, 347* || **20** lumine *Grim* lumen CAE *ante* lumen *lac. ind. Krohn* | [id est] *Buech* eius *Schul* | capacitate C capacitatem AE || **22** temere *Krohn* timeri CAE | coartari *edd.* coortari C coarctari AE || **24** subieci *Schul* subiecti CAE || **25** sint A sunt CE | derectas *Buech* directas AE *Schul* derectam C

2 quattuor, quos aquarii novaverant. secundum quod et
fistulae omnes, quae opus facient, derigi debent aut, si
haec fistulae manebunt, ad quinarias quot capient con-
3 putari. qui non sint in usu moduli, in ipsis est adno-
tatum.

38 [et diametri trientem digitum dici quam qui quinariae
sescuncia et scripulis tribus et bese scripuli. digitus
2 quadratus in longitudine et latitudine aequalis est. digitus
3 quadratus in rotundum redactus habet diametri digitum
4 unum et digiti sescunciam; capit quinariae dextantem
digitus rotundus habet diametri digitum unum; capit
quinariae septuncem et semunciam sextam.]

39 Fistula quinaria:

diametri digitum unum ⟨= —,
perimetri⟩ digitos tres S = = – ∋ III,
capit quinaria⟨m⟩ una⟨m⟩.

40 Fistula ⟨senaria⟩:

diametri digitum unum semis,
perimetri digitos IIII S = £ ∋ II,
capit quinariam unam = = – ∋ ⟨VII⟩.

41 Fistula septenaria:

diametri digitum I S = –,
perimetri digitos V S,

1 nouauerant **C** nominauerant **AE** || **2** quae *om.* **AE** || **3** hec **C** he **AE** | capient **C** capietur **AE** || **4** sint **C** sunt **AE** || **6–12** *hoc cap. del. Schul; cf. Rub pp. 34 ss.* || **6** trientem **C** tuentem **AE** || **7** bese **AE** bes **C** || **8** longitudine et latitudine **AE** latitudine et longitudine **C** || **10** et digiti – digitum unum *om.* **E** septuncem *edd.* septuncen **CA** septuncionem **E** || **12** sextam **CAE**; *cf. c. 26* sextulam *edd.* || **14–15** ⟨= – perimetri⟩ *Pol; om.* **CAE** || **15** S = = – ∋ III *Pol* ∋ S = = IIII **C** *(12 fere litt. spat.)* **A** *20 l.* **E** || **16** quinaria⟨m⟩ una⟨m⟩ *Ioc* quinaria una **CAE** || **17** ⟨senaria⟩ *Ioc; om.* **CAE** || **18** unum **C** *20 l.* || **19** S = £∋ II *Buech* S = £∋ III **C** *(12 fere litt. spat.)* **A** *om.* **AE**; *lac. sequentes in* **AE** – *8 fere litt. spat.* || **20** quinariam unam *Buech* quinarias nouem **C** quinarias VIIII **AE** | ⟨VII⟩ *Buech* = = – ∋ **C** * **AE**; *cf. c. 28* || **22** I S = – **C** * **AE** || **23** V S *Pol* sex **CAE**

capit quinariam I ⟨S = = – £⟩;
in usu non est.

Fistula octonaria: 42

diametri digitos duos,
perimetri digitos sex ⟨= – ∋ X⟩,
capit quinarias II S £ ∋ quinque.

Fistula denaria: 43

diametri digitos duos et semis,
perimetri digitos septem S = = ∋ VII,
capit quinarias IIII.

Fistula duodenaria: 44

diametri digitos ⟨III,
perimetri digitos⟩ VI⟨III⟩ = = – ∋ ⟨III⟩,
capit quinarias quinque S = – ∋ ⟨III⟩;
in usu non est.
[alia] apud aquarios habebat diametri digitos III £ ∋ VI, 2
capacitatis quinarias sex.

Fistula quinum denum: 45

diametri digitos III S = –,
perimetri digitos XI S = – ∋ X,
[alia] capit quinarias novem.

Fistula vicenaria: 46

diametri digitos quinque,

1 quinariam *Pol* quinarias **CAE** | I *om.* **AE** | ⟨S = = – £⟩ *Pol* ∗ **AE** ‖ **5** ⟨= – ∋ X⟩ *Buech* ‖ **6** S£ ∋ *Pol* S S ∋ **C** ∗ **AE** ‖ **9** S = = ∋ VII *Buech* = – ∋ VIII **C** ∗ **AE** ‖ **12–13** ⟨III, perimetri digitos⟩ *Buech* ‖ **13** VIIII *Buech* sex **CAE** | = = – ∋ **C** *lac. ind. in* **AE** | ⟨III⟩ *Buech* ‖ **14** quinque **AE** | ⟨III⟩ *Buech* ‖ **15** in usu non est **C** unde est **AE** ‖ **16** [alia] *Buech* | III£∋ VI *Pol* III S∋ V **C** ∗ **AE** ‖ **19** IIIS = – *Pol* IIII^{or} = – **C** III^{or} ∗ **AE** ‖ **20** XIS = – ∋ X *Buech* duodecim = – £**C** XII ∗ **AE** ‖ **21** [alia] *Buech* ‖ **23** quinque *Pol; cf. c. 32* quinque £∋ *Buech qui l. c.* et semuncia *post* semisse *add.* quinque £I**C** VIII **AE**

perimetri digitos XV S = £ ∋ II,
capit quinarias sedecim.
2 apud aquarios habebat diametri digitos IIII S,
capacitatis quinarias ⟨duodec⟩im ⟨S = = – £⟩.

47 Fistula vicenum quinum:
diametri digitos quinque S – £ ∋ V,
perimetri digitos decem et septem S = £ ∋ VI,
capit quinarias XX = = ∋ VIIII;
in usu non est.

48 Fistula tricenaria:
diametri ⟨digitos⟩ sex = ∋ IIII,
perimetri digitos decem et novem = = –,
capit quinarias viginti quattuor = = – ∋ quinque.

49 Fistula tricenum quinum:
diametri digitos sex S = ∋ II,
perimetri digitos ⟨XX⟩ S = = – £ ∋ V,
capit quinarias XX⟨VIII S ∋ III⟩;
in usu non est.

50 Fistula quadragenaria:
diametri digitos septem – £ ∋ III,
perimetri digitos XXII = = –,
capit quinarias XXXII S –.

1 perimetri – II *om.* **AE** | XVS = £∋ II *Krohn* XVS = £ *Pol* XVS = = ∋VI *Buech* XVS = = ∋VIS**C** || **2** sedecim *Krohn* XVI *Pol* sedecim = – £ *Buech qui c. 32* et quadrante *post* tribus *add.* sedecim = – **C** sexdecim * **AE** || **3** IIII S *Pol* octo S **C** VIII **AE** || **4** quinarias **AE** quinas **C** | duodecim S = = – £ *Krohn* XII, deuncem, semunciam *Pol* XIII *Buech* IIII **C** * **AE** || **6** quinque **C** *om.* **AE** | S – £∋ V **C** *om.* **AE** || **7** perimetri digitos *om.* **AE** | S = £∋ VI *Krohn* S = ∋VII **C** *om.* **AE** || **8** = = ∋IX *Buech* = = S∋ IIII **C** * **AE** || **9** in usu non est **CA** inus unde est **E** || **10** tricenaria **C** tridenaria **AE** || **11** digitos *add. edd.* | = ∋IIII *Krohn* = ∋III **C** * **AE** || **12** = = – **C** * **AE** || **13** = = – ∋ **C*AE** || **15** S = ∋II *Buech* S∋II **C** * **AE** || **16** ⟨XX⟩ *edd.* | XXS = = – £∋ V *Lindow, Krohn* S = = £∋ IIII **C** * **AE** || **17** ⟨VIIIS∋ III⟩ *Buech* || **19** quadragenaria **C** quadrigenaria **AE** || **20** – £∋ III **C** * **AE** || **21** = = – **C** * **AE** ⟨∋II⟩ *Krohn* || **22** S – **C** * **AE**

Fistula quadragenum quinum: 51
diametri digitos septem S £ ∋ octo,
perimetri digitos XXIII S = – ∋ ⟨X⟩,
capit quinarias XXXVI S – £ ∋ octo;
in usu non est.

Fistula quinquagenaria: 52
diametri digitos septem S = = – £ ∋ quinque,
perimetri digitos XXV £ ∋ VIIII,
capit quinarias XL S = £ ∋ V.

Fistula quinquagenum quinum: 53
diametri digitos octo = = ∋ decem,
perimetri digitos XXVI = – £,
capit quinarias XLIIII S = – £ ∋ II;
in usu non est.

Fistula sexagenaria: 54
diametri digitos octo S = £ ∋ novem,
perimetri digitos XXVII = = – £,
capit quinarias XL octo S = = ∋ XI.

Fistula sexagenum quinum: 55
diametri digitos novem – ∋ III,
perimetri ⟨digitos⟩ XX octo S –,
capit quinarias quinquaginta duo S = = – ∋ octo;
in usu non est.

2 S£∋ octo *Pol* S = – £∋ octo **C** et octo **AE** ‖ **3** XXIII S = – ∋ X *Krohn* XXIIII S = – £ **C** XXXIIII ∗ **AE** ‖ **4** S – £∋ *Buech* S £ ∋ **C** ∗ **AE** ‖ **7** S = = – £∋ **C** ∗ **AE** ‖ **8** XXV **C** XXXI **AE** | ∋ VIIII *Lindow, Krohn* ∋ VII *Buech* ∋ IIII **C** IIII *post* ∗ **AE** ‖ **9** S = £∋ **C** ∗ **AE** | V *Buech* IIII **CAE** ‖ **11** = = ∋ *Pol* = = £∋ **C** ∗ **AE** ‖ **12** XXVI = – £ *Pol* ⟨∋ I⟩ *Krohn* XXV = – £ **C** XXVI **AE** ‖ **13** S = – £∋ **C** ∗ **AE** | II *Buech* nouem **C** VIIII **AE** ‖ **16** octo S = £∋ novem *Krohn* nouem S = £∋ octo **C** ‖ **16–17** octo – perimetri digitos *om.* **AE** ‖ **17** XXVII **C** XXVIII **AE** | = = – £ *Pol* ⟨∋ I⟩ *Krohn* = = £ **C** ∗ **AE** ‖ **18** XL octo S = = ∋ XI *Buech* XL octo S = = ∋ octo **C** XLVIII ∗ *10 l.* VIII **AE** ‖ **20** – ∋ III *om.* **AE** ‖ **21** ⟨digitos⟩ *Buech* | S – **C** ∗ *8 l.* **AE** ‖ **22** S = = – ∋ octo *Buech* S = £∋ octo **C** ∗∗∗∗∗∗∗∗ VIII **E** ∗∗∗∗∗∗∗ VI **A** ‖ **23** in usu non est *om.* **A**

56 Fistula septuagenaria:

diametri digitos novem = = – ∋ sex,
perimetri digitos XXIX S =,
capit quinarias LVII ∋ V.

57 Fistula septuagenum quinum:

diametri digitos novem S = – ∋ sex,
perimetri digitos XXX S = £,
capit quinarias LXI – ∋ II;
in usu non est.

58 Fistula octogenaria:

diametri digitos decem – ∋ II,
perimetri digitos XXXI S = £,
capit quinarias LXV =.

59 Fistula octogenum quinum:

diametri digitos decem = = £ ∋ septem,
perimetri digitos XXXII S = ∋ VI,
⟨capit quinarias LXVIIII = £ ∋ VIII⟩;
in usu non est.

60 Fistula nonagenaria:

diametri digitos decem S = ∋ X,
perimetri digitos triginta tres S – £ ∋ III,
capit quinarias septuaginta tres = – £ ∋ V.

2 = = – ∋ sex *Buech* = = ∋ sex **C** ********* VI **AE** ‖ **3** XXIX S = *Pol* XXI.XS = I **C** XXIX **** **A** *8 l.* **E** ‖ **4** LVII ∋ V *Buech* LII.∋ sex **C** LII.VI. **AE** ‖ **6** S = – ∋ sex **C** ***** *VI **AE** ‖ **7** S = £ **C** * *8 l.* **AE** ‖ **8** LXI – ∋ II *Buech* quadraginta unum – ∋ IIII **C** XLI **AE** ‖ **11** decem – ∋ II **C** X ****** VII. **AE** ‖ **12** XXXI S = £ *Buech* ⟨∋ I⟩ *Krohn* XXXII = £ **C** XXXII *** **A** XXXII **E** ‖ **13** LXV = **C** XLI **** **A** *8 l.* **E** ‖ **15** = = £∋ septem **C** X ***** VII **A** *10 l.* **E** ‖ **16** XXXII S = ∋ VI *Krohn* XXXII S = ∋ IIII **C** XXXII ***** **AE** ‖ **17** ⟨capit quinarias⟩ *Pol; om.* **C** * **AE** | ⟨LXVIIII = £∋ VIII⟩ *Lindow, Krohn; om.* **C** * **AE** ‖ **19** nonagenaria **AE** nonageria **C** ‖ **20** S = ∋ **C** * **AE** ‖ **21** S – £ ∋ III *Krohn* S – £∋ II *Pol, Buech* S = = – ∋ IX **C** * **AE** ‖ **22** septuaginta tres = – £∋ V *Buech* septuaginta tres = = – £∋ IIII **C** LXXIII **** IIII **A** *11 l.* **E**

Fistula nonagenum quinum: 61

diametri digitos X S = = – £ ∋ XI,
perimetri digitos ⟨XXX⟩IIII S £ ⟨∋ V⟩,
capit quinarias LXXVII = = £ ∋ II;
in usu non est.

Fistula centenaria: 62

diametri digitos XI = – ∋ VIIII,
perimetri digitos XXXV = = – £,
capit quinarias octoginta unam = = – ∋ X.
apud aquarios habebat diametri digitos XII, 2
capacitatis quinarias nonaginta II – £ ∋ ⟨X⟩.

Fistula centenum vicenum: 63

diametri digitos duodecim = = ∋ VII,
perimetri digitos XXXVIII S = =,
capit quinarias LXXXXVII S = –.
apud aquarios habebat diametri digitos XVI, 2
capacitatis quinarias centum sexaginta tres S ⟨=⟩ = –,
qui modus duarum centenariarum est.

Persecutus ea quae de modulis dici fuit necessarium 64
nunc ponam, quem [ad] modum quaeque aqua, ut princi-

2 S = = – £∋ XI *Buech* S = = – £∋ VIIII C * AE ‖ 3 ⟨XXX⟩ *Pol* | IIII^{or} S£ C IIII^{or} ***** AE | ⟨∋ V⟩ *Krohn* sextulam *Pol* ‖ 4 LXXVII C LXXVIII AE | = = £∋ II *edd.* = = £∋ IIII C *om.* AE ‖ 7 XI = – ∋ VIIII C XI *** VIIII A *om.* E ‖ 8 perimetri digitos A pimetri digitos C *om.* E | XXXV = = – £ *Buech* XXXV = = – ∋ XI *exact. esse vid. Krohn* XXXV = = – £ – C XXXII * *8 l.* AE ‖ 9 = = – ∋ X C * AE ‖ 10 XII C XII * *7 l.* AE ‖ 11 – £∋ X *Krohn* – £∋ C *om.* AE ‖ 13 duodecim = = ∋ VII *Lindow, Krohn* duodecim = = ∋ VI C XII A XII * *6 l.* E ‖ 14 *ante* perimetri E: capacitatis quinarias XCII. fistula *repet.* | S = = *Pol* S S = = C *om.* AE ⟨∋ II⟩ *Krohn* ‖ 15 LXXXXVII *Pol* octoginta septem C LXXXVIII AE | S = – C * *(12 fere litt. spat.)* AE ‖ 16 XVI C XIII AE ‖ 17 S = = – *Buech* S = – C* (*8 fere litt. spat.*) A *om.* E ‖ 18 *post* est: liber primus explicit. liber secundus incipit C Commentarius primus explicit. Incipit secundus A^{2}E *(in marg.)* A ‖ 20 ad *del. Pol* | aqua ut C aquarum AE | principum C principium AE

pum commentariis conprehensum est, usque ad nostram
curam habere visa sit quantumque erogaverit; deinde
quem ipsi scrupulosa inquisitione praeeunte providentia
optimi diligentissimique principis Nervae invenerimus.
2 fuerunt ergo in commentariis in universo quinariarum
decem duo milia septingentae quinquaginta quinque, in
erogatione decem quattuor milia decem et octo: plus
in distributione quam ⟨in⟩ accepto conputabatur qui-
3 nariis mille ducentis sexaginta tribus. huius rei admiratio,
cum praecipuum officii opus in exploranda fide aquarum
atque copia crederem, non mediocriter me convertit ad
scrutandum, quemadmodum amplius erogaretur, quam
4 in patrimonio, ut ita dicam, esset. ante omnia itaque
capita ductuum metiri adgressus sum, sed longe, id est
circiter quinariis decem milibus, ampliorem quam in
commentariis modum inveni, ut per singulas demon-
strabo.

65 Appiae in commentariis adscriptus est modus quina-
2 riarum octingentarum ⟨quadraginta⟩ unius. cuius aquae
caput inveniri mensura non potuit, quoniam ex duobus
3 rivis constat. ad Gemellos tamen, qui locus est infra
Spem veterem, ubi iungitur cum ramo Augustae, inveni
altitudinem aquae pedum quinque, latitudinem pedis
unius dodrantis: fiunt areae pedes octo dodrans: centena-
riae viginti duae et quadragenaria, quae efficiunt quinarias
mille octingentas viginti quinque: amplius, quam com-
mentarii habent, quinariis nongentis octoginta quattuor.
4 erogabat quinarias septingentas quattuor: minus, quam
in commentariis adscribitur, quinariis centum triginta
septem: et adhuc minus, quam ad Gemellos mensura
5 respondet, quinariis mille centum viginti una. intercidit

2 quantumque **C** quantumcunque **AE** || **4** nerue principis *cum transp. sign.* **C** principis Nerue **AE** || **8** ⟨in⟩ *edd.* || **13** ut **AE** aut **C** || **14** id est **C** idem **AE** || **19** ⟨quadraginta⟩ *Pol* | aque **E** que **CA** || **21** gemellos **C** gemellas **AE** | infra *Buech* intra **CAE** || **23** pedum *Schul* pedes **CAE** | latitudinem **C** latitudinem aque **AE** || **26. 27** commentarii habent *Ded* commentariis habent **AE** commentariis abent **C** || **27** octoginta quattuor **C** LXXXIII **AE**

tamen aliquantum e ductus vitio, qui quom sit depres-
sio⟨r⟩, non facile manationes ostendit, quas esse ex eo
adparet quod in plerisque urbis partibus prolata aqua
observatur, id quod ex ea manat. sed et quasdam fistulas 6
intra urbem inlicitas deprehendimus. extra urbem autem 7
propter pressuram librae, quom sit infra terram ad caput
pedibus quinquaginta, nullam accipit iniuriam.

Anioni veteri adscriptus est in commentariis modus 66
quinariarum mille quingentarum quadraginta unius. ad 2
caput inveni quattuor milia trecentas nonaginta octo
praeter eum modum qui in proprium ductum Tiburtium
derivatur: amplius, quam in commentariis est, quinariis
duobus milibus octingentis quinquaginta septem. eroga- 3
⟨ba⟩ntur antequam ad piscinam veniret quinariae ducentae
sexaginta duae. modus in piscina, qui per mensuras posi- 4
tas initur, efficit quinariarum duo milia trecentas sexa-
ginta duas. intercidebant ergo inter caput et piscinam 5
quinariae mille septingentae septuaginta quattuor. eroga- 6
bat post piscinam quinarias mille trecentas quadraginta
octo: amplius, quam in commentariis conceptionis modum
significari diximus, quinariis sexaginta novem: minus,
quam recipi in ductum post piscinam posuimus, quinariis
mille decem quattuor. summa quae inter caput et pisci- 7
nam et post piscinam intercidebat: quinariae duo milia
septingentae octoginta octo, quod errore mensurae fieri
suspicarer, nisi invenissem ubi averterentur.

Marciae in commentariis adscriptus est modus quina- 67
riarum duum milium centum sexaginta duarum. ad caput 2

1 quom *Krohn* quam **C** qum **AE** | depressior *edd.* depressio **CAE** || **2** quas esse *Pol* quas eise **C** qua ei se **A** qua ei esse **E** || **3** prolata *Pol* probata **CAE** || **5** inlicitas **C** inuentas **AE** || **6** quom *Buech* quam **CAE** | infra terram **AE** *Pol* ins terram terram **C** || **9** quingentarum *Schul* quadringentarum **C** CCCC **AE** | quadraginta unius **C** XLI **AE** || **13** erogabantur *Ioc* erogantur **CAE** || **14** quinarie **AE** quinariis **C** || **18** quinarie **C** quinarias **AE** || **21** sexaginta nouem **C** LXVIII **AE** || **22** post piscinam *Schul* post iis ei nam **C** post us ei Nam **AE** | quinariis *Schul* quinarias **CAE** || **24** intercidebat **AE** intercedebat **C** | quinariae *Buech* quinariarum *Ioc* quinarias **CAE**

mensus inveni quinarias quattuor milia sexcentas nona-
ginta: amplius, quam in commentariis est, quinariis du-
3 obus milibus quingentis viginti octo. erogabantur ante-
quam ad piscinam perveniret quinariae nonaginta quinque,
et dabantur in adiutorium Tepulae quinariae nonaginta
duae, item Anioni quinariae centum sexaginta quattuor.
4 summa quae erogabatur ante piscinam: quinariae tre-
5 centae quinquaginta una. modus qui in piscina mensuris
positis initur cum eo quod citra piscina⟨m⟩ ductus eodem
canali in arcu⟨s⟩ excipitur, efficit quinarias duo milia
6 nongentas quadraginta quattuor. summa quae aut ero-
gatur ante piscinam aut in arcus recipitur: quinariarum
tria milia ducentae nonaginta quinque: amplius, quam
in conceptis commentariorum positum est, quinariis mille
centum triginta tribus: minus, quam mensurae ad caput
actae efficiunt, quinariis mille trecentis nonaginta quin-
7 que. erogabat post piscinam quinarias mille octingentas
quadraginta: minus, quam in commentariis conceptionis
⟨modum⟩ significari diximus, quinariis ducentis viginti
septem: minus, quam ex piscina in arcus recipiuntur,
8 sunt quinariae mille centum quattuor. summa utraque
quae intercidebat aut inter caput et piscinam aut post
piscinam: quinariarum duo milia ID, quas sicut in ceteris
9 pluribus locis intercipi deprehendimus. non enim eas
cessare manifestum est et ex hoc ⟨et ex⟩ eo quod ⟨ad⟩
caput praeter eam mensuram, quam conprehendisse nos

6 Anioni *edd.* Anieni **AE** *Rub* anyonem **C** in Anionem *Buech* || **9** cum **AE** quom **C** | quod **C** qui **AE** | citra piscinam ductūs *Krohn* circa piscinam ductus *Pol, Ded, Buech* circa piscinam ductum *Grim* circa piscine ductum **CAE** || **10** arcu⟨s⟩ *Pol* arcu **CAE** || **11** DCCCC **AE** nonaginta **C** || **12** in arcus *Pol* a piscina in arcus riuo *Grim; fort.* ⟨inde a pis⟩cina ri⟨vo⟩ Marciae *Krohn* quinarias arcuo **CAE** || **13** ducenta nonaginta quinque **C** XCCXCV **AE** || **17** DCCC^{tas} V DCCC **AE** octingenta **C** || **19** ⟨modum⟩ *Schul* || **19–20** ducentis viginti septem **C** CCXXVIII **AE** || **22** intercidebat *edd.* intercedebat **CAE** || **23** ID *Pol, Buech* quingente **C** D **AE** || **24** deprehendimus **E** deprendimus **C** reprehendimus **A** | eas *edd.* eos **CAE** || **25** ⟨et ex⟩ *Schul* | ⟨ad⟩ *Pol* || **26** preter eam **AE** praeter tam **C** || **26** comprehendisse **AE** comprendisse **C**

capacitate ductus posuimus, effunduntur amplius trecen-
tae quinariae.
Tepulae in commentariis adscriptus est modus qui- 68
nariarum quadringentarum. huius aquae fontes nulli sunt: 2
venis quibusdam constabat, quae interceptae sunt in
Iulia. caput ergo eius observandum est a piscina Iuliae. 3
ex ea enim primum accipit quinarias centum nonaginta, 4
deinde statim ex Marcia quinarias nonaginta duas, prae-
terea ex Anione novo ad hortos Epaphroditianos quina-
rias centum sexaginta tres. fiunt omnes quinariae quadrin- 5
gentae quadraginta quinque: amplius, quam in commen-
tariis, quinariis quadraginta quinque, quae in erogatione
conparent.
Iuliae in commentariis adscriptus est modus quina- 69
riarum sexcentarum quadraginta novem. ad caput men- 2
sura iniri non potuit, quoniam ex pluribus adquisitionibus
constat, sed ⟨ad⟩ sextum ab urbe miliarium universa in
piscinam recipitur, ubi modus eius manifestis mensuris
efficit quinarias mille ducentas sex: amplius, quam in
commentariis, quinariis quingentis quinquaginta septem.
praeterea accipit prope urbem post hortos Pallantianos 3
ex Claudia quinarias centum sexaginta duas. est omne 4
Iuliae in acceptis: quinariae mille trecentae sexaginta
octo. ex eo dat in Tepulam quinarias centum nonaginta, 5
erogat suo nomine octingentas tres. fiunt quas erogat 6
quinariae nongentae nonaginta tres: amplius, quam in
commentariis habet, quinariis trecentis quadraginta
quattuor: minus, quam in piscina habere posuimus, du-
centis decem tribus, quas ipsas apud eos, qui sine bene-
ficiis principis usurpabant, deprehendimus.
Virgini in commentariis adscriptus est modus quina- 70

1 effunduntur **CA** effundimur **E** || **4** quadragintarum **C** CCCC **AE** || **5** interceptae sunt **C** inter sunt **AE** || **8** preterea **AE** pretera **C** || **12** erogatione **E** *Pol* erogatur ne **C** erogantur nec **A** || **17** ⟨ad⟩ *Ioc* *** **C** * *(12 fere litt. spat.)* **A** om. **E** | sextum **CAE** *vid. scrib.* septimum *Buech* || **21** accipit **AE** *Buech* accepit **C** || **27** quinariis trecentis *Schul* quinarias trecentas **C** quinarias CCC **AE** || **30** deprehendimus **AE** deprensimus **C** || **31** Virgini *ed. Argentorat.* Virginis *** **C** Virginis **AE**

2 riarum sexcentarum quinquaginta duarum. huius men-
suram ad caput inveniri non potuit, quoniam ex pluribus
3 adquisitionibus constat et lenior rivo⟨m⟩ intrat. prope
urbem tamen ad miliarium septimum in agro qui nunc
est Ceionii Commodi, ubi velociorem iam cursum habet,
mensuram egi quae efficit quinariarum duo milia quin-
gentas quattuor: amplius, quam in commentariis, qui-
4 nariis mille octingentis quinquaginta duabus. adprobatio
nostra expeditissima est; erogat enim omnes quas
mensura deprendimus, id est duo milia quingentas
quattuor.

71 Alsietinae conceptionis modus nec in commentariis
adscriptus est nec in re praesenti certus inveniri potuit,
cum ex lacu Alsietino et deinde circa Careias ex ⟨S⟩aba-
tino ⟨tantum accipiat⟩ quantum aquarii tempera-
2 verunt. Alsietina erogat quinarias trecentas nonaginta
duas.

72 Claudia abundantior aliis maxime iniuriae exposita est.
2 in commentariis habet non plus quinariis duobus milibus
octingentis quinquaginta quinque, cum ad caput invene-
rim quinariarum quattuor milia sexcenta⟨s⟩ septem:
amplius, quam in commentariis, mille septingentis quin-
3 quaginta duabus. adeo autem nostra certior est mensura,
ut ad septimum ab urbe miliarium in piscina, ubi indu-
bitatae mensurae sunt, inveniamus quinarias tria milia

1 huius *Buech* minus **CAE** ‖ 2 inueniri **AE** *Rub* inuenire **C** ‖ 3 lenyor **C** leuior **AE** | riuo⟨m⟩ *Buech* riuo **CAE** ‖ 4. 5 nunc est **C** est nunc **AE** ‖ 5 Ceionii *Pithoeus* celony **C** ceroni **AE** | iam **U** sam **C** *om.* **AE** ‖ 6 mensuram **C** mensura **AE** ‖ 8 mille octingentis quinquaginta duabus *Schul* mille octingentis quinquaginta ****mbus **C** mille DCXL * *(8 fere litt. spat.)* **AE** | adprobatio *Schul* abprobatio **C** approbatio **AE** ‖ 10 deprendimus **C** deprehendimus **E** reprehendimus **A** ‖ 12 conceptionis **U** concepcionis **AE** conceptioni **C** ‖ 14 careias **C** careas **AE** | ⟨S⟩abatino *edd.* abatino **CAE** ‖ 15 ⟨tantum accipiat⟩ *Schul, Buech* ‖ 16—17 Alsietina — duas *om.* **AE** ‖ 18 Claudia *ed. Argentorat.* Claudiae **CA** Plaudie **E** | iniurie **C** in iure **AE** ‖ 21 sexcenta⟨s⟩ *edd.* sexcenta **C** DC **AE** ‖ 22 in **AE** *om.* **C** ‖ 23 duabus ***** **C** | nostra certior est **U** nostr****tior est **C** certior est **E** certior est nostra **A** ‖ 25 quinarias *om.* **AE**

trecenta⟨s⟩ decem duas: plus, quam in commentariis,
quadringentis quinquaginta septem, quamvis et ex bene-
ficiis ante piscinam eroget et plurimum subtrahi depre-
henderimus ideoque minus inveniatur, quam re vera esse
debeat, quinariis mille ducentis nonaginta quinque. [et]
circa erogationem autem fraus adparet, quae neque ad 4
commentariorum fidem neque ad eas quas ad caput egi-
mus mensuras, neque ad illas saltem, ⟨quae⟩ ad piscinam
post tot iniurias ⟨factae⟩ sunt, convenit. sola⟨e⟩ enim 5
quinariae mille septingentae quinquaginta erogantur:
minus, quam commentariorum ratio dat, quinariis mille
centum quinque: minus autem, quam mensurae ad caput
factae demonstraverunt, quinariis duobus milibus octin-
gentis quinquaginta septem: minus etiam, quam in
piscina invenitur, quinariis mille quingentis sexaginta
duabus. ideoque cum sincera in urbem proprio rivo per- 6
veniret, in urbe miscebatur cum Anione novo, ut con-
fusione facta et conceptio earum et erogatio esset obscu-
rior. quod si qui forte me adquisitionum mensuris blan- 7
diri putant, admonendi sunt adeo Curtium et Caerulum
fontes aquae Claudiae sufficere ad praestandas ductui
suo quinarias quas significavi quattuor milia sexcenta⟨s⟩
septem, ut praeterea mille sexcentae effundantur. nec 8
eo infitias quin ea quae superfluunt non sint proprie
horum fontium; capiuntur enim ex Augusta, quam in-
ventam in Marciae supplementum, dum illa non indiget,
adiecimus fontibus Claudiae, quamvis ne huius quidem
ductus omnem aquam recipiat.

1 trecenta⟨s⟩ *edd.* trecenta **C** CCC **AE** || **2** et *om.* **AE** || **3** subtrahi deprehenderimus **AE** subtrai deprenderimus **C** || **5** quinariis *edd.* quinaris **CA** quinarii **E** | [et] *Grim; post* et *lac. ind. Krohn* || **6** autem **C** aut **AE** || **8** ⟨quae⟩ *Buech, Grim* quae *post* iniurias *Krohn* | piscinam *Pol* piscinas **CAE** || **9** ⟨factae⟩ *Krohn* | solae *edd.* Sole **AE** Sola **C** || **10** mille septingente quinquaginta **C** mille D **AE** || **11** dat **AE** datur **C** || **14** quam *om.* **A** || **20** caerulum **U** cerolum **C** ceruleum **AE** || **22** sexcenta⟨s⟩ *edd.* sexcenta **C** DC **AE** || **23** effundantur **AE** effundatur **C** || **25** quam inventam *Ded* quem inuentum **C** que inuenta **AE** || **28** *post* recipiat *in* **E**: Sequitur Anio nouus

73 Anio novus in commentariis habere ponebatur quina-
2 rias tria milia ducentas sexaginta tres. mensus ad caput
repperi quinarias quattuor milia septingentas triginta
octo: amplius, quam in conceptis commentariorum est,
3 quinariis mille quadringentis septuaginta quinque. qua-
rum adquisitionum non avide me amplecti quo alio mo-
do manifestius probem, quam quod in erogatione ipsorum
4 commentariorum maior pars earum continetur? erogantur
enim quinariarum quattuor milia ducentae undecim,
⟨cum⟩ alioquin in eisdem commentariis inveniatur concep-
tio non amplius quam trium milium ducentarum sexa-
5 ginta trium. praeterea intercipi non tantum quingentas
viginti septem, quae inter mensuras nostras et erogatio-
nem intersunt, ⟨sed⟩ longe ampliorem modum deprendi.
6 ex quo adparet etiam exuberare conprehensam a nobis
mensuram, cuius rei ratio est, quod vis aquae rapacior, ut
ex largo et celeri flumine excepta, velocitate ipsa ampliat
modum.

74 Non dubito aliquos adnotaturos, quod longe maior
copia actis mensuris inventa sit, quam erat in commen-
2 tariis principum. cuius rei causa est error eorum, qui ab
initio parum diligenter uniuscuiusque fecerunt aestima-
3 tionem. ac ne metu aestatis aut siccitatum in tantum a
veritate eos recessisse credam, obstat illud quod ips⟨e
actis⟩ mensuris Iulio mense hanc uniuscuiusque copiam,
quae supra scripta est, tota deinceps aestate durantem
4 exploravi. quaecumque tamen est causa quae praecedit,
illud utique detegitur, decem milia quinariarum inter-
cidisse, dum beneficia sua principes secundum modum

4 commentariorum **C** quinariorum **AE** || **7** erogatione *edd.* erogationem **CAE** || **8** erogantur *Pol* negantur **C** negatur **AE** || **10** ⟨cum⟩ *edd.* | eisdem **C** eiusdem **AE** || **11** non **V** nam **CAE** | ducentarum **C** C **AE** || **13** viginti septem **C** XXVII **AE** XXXVIII *Pol, Schul* || **14** ⟨sed⟩ *Ioc* || **16** cuius **V** cui **CAE** || **20** sit **CE** sunt **A** || **22** diligenter **AE** deligenter **C** | ⟨aquae⟩ *post* uniuscuiusque *add. Schul* || **24** obstat illud *Grim* obstat *Heinr* obstantibus *cum lac. Krohn* obstantibus **CAE** || **24.25** ips⟨e actis⟩ *Pol, Buech* ips **** **CA** *6 l.* **E** || **27** precedit **C** procedit **AE**

⟨in⟩ commentariis adscriptum temperant. sequens di- 75
versitas est quod alius modus concipitur ad capita, alius
nec exiguo minor in piscinis, minimus deinde distribu-
tione continetur. cuius rei causa est fraus aquariorum, 2
quos aquas ex ductibus publicis in privatorum usus deri-
vare deprehendimus. sed et plerique possessorum, [e] 3
quorum agris aqua circumducitur, [unde] formas rivo-
rum perforant, unde fit ut ductus publici hominibus pri-
vatis vel ad hortorum ⟨usum⟩ itinera suspendant. ac de 76
vitiis eiusmodi nec plura nec melius dici possunt, quam a
Caelio Rufo dicta sunt in ea contione, cui titulus est „de
aquis“. quae nunc nos omnia simili licentia usurpata 2
utinam non per offensas probaremus: inriguos agros,
tabernas, cenacula etiam, corruptelas denique omnes
perpetius salientibus instructas invenimus. nam quod 3
falsis titulis aliae pro aliis aquae erogabantur, etiam sunt
leviora ceteris vitia. inter ea tamen, quae emendationem 4
videbantur exigere, numerandum est, quod fere circa
montem Caelium et Aventinum accidit. qui colles, prius- 5
quam Claudia perduceretur, utebantur Marcia et Iulia.
sed postquam Nero imperator Claudiam opere arcuato 6
altius exceptam usque ad templum divi Claudii perduxit,
ut inde distribueretur, priores non ampliatae sed omissae
sunt. nulla enim castella adiecit, sed isdem usus est, quo- 7
rum quamvis mutata aqua vetus adpellatio mansit.

Satis iam de modo cuiusque et velut nova quadam 77
adquisitione aquarum et fraudibus et vitiis quae circa

1 ⟨in⟩ *Schul* ‖ **3** deinde **CAE** denique *Schul* ‖ **5** usus **C** usum **AE** ‖ **6** [e] *Mommsen, Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. XV, p. 305* ‖ **7** unde **C** *del. Buech* inde **AE** ‖ **9** ⟨usum⟩ *Grim* ⟨usus aquarum⟩ *Buech; post* hortorum *lac. sign. Krohn et scr.: nisi malueris* rigationem *(cf. c. 92) vel* delicias *(cf. C. Th. 15, 2, 7)* ‖ **11–12** Caelio Rufo — „de aquis“ *cf. H. Meyer, Orat. Rom. Fr. pp. 458; 466, 6; Cic. ad fam. 8, 6, 4* ‖ **11** cui **C** cuius **AE** ‖ **15** nam **C** non **AE** ‖ **16** etiam sunt **C** et inter **AE** ‖ **22** altius *Pol* a specu *Grim* †ascus *Krohn* ascus **C** as ∗ *(8 fere litt. spat.)* **AE** | exceptam **AE** excepta **C** ‖ **23** omisse **C** amisse **AE** ‖ **24** nulla **AE** *Buech* anulla **C** a ⟨∗∗∗⟩ nulla *Krohn* a⟨b illo⟩. nulla *Grim* ‖ **26** cuiusque ⟨aquae⟩ *Schul* ‖ **27** aquarum **AE** quarum **C**

2 ea erant dictum est. superest ut erogationem, quam con-
fertam et, ut sic dicam, in massa invenimus, immo etiam
falsis nominibus positam, per nomina aquarum, uti quae-
3 que se habet, et per regiones urbis digeramus. cuius
conprehensionem scio non ieiunam tantum sed etiam
4 perplexam videri posse. ponemus tamen quam brevissime,
5 ne quid velut formulae officii desit. iis quibus sufficiet
cognovisse summa, licebit transire leviora.

78 Fit ergo distributio quinariarum quattuordecim milium
decem et octo, ita ut quinariae DCCLXXI, quae ex qui-
busdam aquis in adiutorium aliarum dantur et bis in
speciem erogationis cadunt, semel in conputationem
veniant.

2 ex his dividuntur extra urbem quinariae quattuor milia sexaginta tres:

ex quibus nomine Caesaris quinariae mille septingentae decem et octo,

privatis quinariae ∞ ∞ CCCXXXXV.

3 reliquae intra urbem ⟨novem⟩ milia nongentae quinquaginta quinque distribuebantur in castella ducenta quadraginta septem:

⟨ex⟩ quibus erogabantur sub nomine Caesaris quinariae mille septingentae septem semis,

privatis quinariae tria milia octingentae quadraginta septem,

usibus publicis quinariae quattuor milia quadringentae una:

1 ea **C** eas **AE** | confertam **C** confectam **AE** || **2** et **C** *om.* **AE** | massa *edd.* massam **CA** mansam **E** || **3** positam **AE** posita **C** || **5** comprehensionem scio **AE** comprensio. nescio **C** | ieiunam *Ioc* ieiunum **C** ******* **A** *12 l.* **E** || **7** officii **E** *edd.* officis **C** officiis **A** || **8** summa **AE** *edd.* summam **C** || **9** Fit *Schul* Ut **CAE** *ante* ut *lac. sign. Krohn et verba quae leg. c. 88, 4* (non praeterit — fuerint) *huc transp. esse vid.* | milium *edd.* milia **CAE** || **10** ut *Schul* et **CAE** | quinariae DCCLXXI *Pol* quadranogenum triginta sex quia unus **C** quadragen XXXVI quia unus **A** quadragen. XXXVI quia minus **E** || **11** adiutorium **AE** adiutori uis **C** | aliarum **C** salinarum **AE** || **13** veniant *Schul* ueniunt **CAE** || **14** his **C** iis **AE** || **15** sexaginta tres **C** LXIII **A** LXIIII **E** || **17** decem et octo **C** XXIII **AE** || **18** XXXXV **C** XLVI **AE** || **19** ⟨novem⟩ (*scil.* VIIII) *Pol* || **22** ⟨ex⟩ *Schul*

ex eo castris duo⟨devig⟩inti ⟨qui⟩nariae ducenta⟨e⟩ septuaginta novem,
operibus publicis LXX⟨XX⟩ quinque quinariae ∞∞ CCCI,
muneribus triginta novem quinariae CCCLXXXVI,
lacibus quingentis nonaginta uni quinariae ∞ trecenta⟨e⟩ triginta quinque.
sed et haec ipsa dispensatio per nomina aquarum et re- 4
giones urbis partienda est.

Ex quinariis ergo quattuordecim milibus decem et 79
octo, quam summam erogationibus omnium aquarum seposuimus, dantur nomine Appiae extra urbem quinariae tantummodo quinque, quoniam humilior ⟨ori⟩tur etiam ⟨p⟩etitoribus.
reliquae quinariae sescentae nonaginta novem intra 2
urbem dividebantur per regiones secundam IIX VIIII XI XII XIII XIIII in castella viginti:
ex quibus nomine Caesaris quinariae centum quinquaginta una,
privatis quinariae centum nonaginta quattuor,
⟨usibus⟩ publicis quinariae trecenta⟨e⟩ quinquaginta quattuor:
ex eo castris I quinariae quattuor,
operibus publicis quattuordecim quinariae centum viginti tres,
muneri uni quinariae duo,
lacibus nonaginta duo quinariae ducentae viginti sex.

1 duo⟨devig⟩inti ⟨qui⟩nariae? *Krohn* ducentinarie **C** ducentenarie **AE** | ducenta⟨e⟩ *edd.* ducenta **C** CC **AE** ⟨C⟩CC *scr. vid. Krohn* || **3** LXX⟨XX⟩ quinque *Krohn* LXXXXV *Pol* septuaginta quinque **C** LXXV **AE** || **3.4** ∞∞CCC **C** MMCCCI **AE** II milia CCCCI *Pol* || **4** CCCLXXXVI **C** CCCLXXXIII **AE** || **5** lacibus **C** lacubus *const. scr.* **AE** | quingentis nonaginta uni *edd.* quingente nonaginta unum **C** DXCI **AE** | trecenta⟨e⟩ *edd.* trecenta **C** CCC **AE** || **8** partienda *edd.* pertienda **AE** paruenda **C** || **12–13** humilior oritur etiam petitoribus *Kund (cf. c. 109)*; † *ante* humilior *Krohn* humilior oritur quam ut adeatur rivus *Grim* humiliorturetia metitoribus **C** humilior oritur et a metitoribus **AE** || **17.18** centum quinquaginta una *edd.* centum quinquaginta unum **C** CLI **AE** || **20** ⟨usibus⟩ *Ded* | trecenta⟨e⟩ *edd.* trecenta **C** CCC **AE** || **21** quadtuor **C** IIII **AE** III *scr. vid. Pol* || **24** tres **C** III **AE** II *scr. vid. Krohn* | uni *edd.* I **AE** unum **C** || **26** ducentae *edd.* ducentas **C** CC **AE**

80 Anionis veteris erogabantur extra urbem
nomine Caesaris quinariae centum sexaginta novem,
privatis quinariae CCCCIIII.
2 reliquae quinariae mille quingentae octo semis intra urbem dividebantur per regiones primam III IIII V VI VII VIII VIIII XII XIIII in castella triginta quinque:
ex quibus nomine Caesaris quinariae sexaginta IV S,
privatis quinariae CCCCXC,
⟨usibus⟩ publicis quinariae quingentae LII:
ex eo castris unis quinariae quinquaginta,
operibus publicis XIX quinariae centum nonaginta sex,
muneribus novem quinariae octoginta octo,
lacibus nonaginta quattuor quinariae ducentae decem et octo.

81 Marciae erogabantur extra urbem
nomine Caesaris quinariae CCLXIS.
2 reliquae quinariae mille quadringentae septuaginta duae intra urbem dividebantur per regiones primam tertiam quartam V VI VII VIII VIIII X XIIII in castella quinquaginta unum:
ex quibus nomine Caesaris quinariae CXVI,
privatis quinariae quingentae quadraginta tres,
⟨usibus publicis quinariae XDI:
ex eo⟩ castris IIII quinariae XLIIS,
operibus publicis quindecim quinariae XLI,

1 Anyonis **C** Anienis **A** **** Nienis **E** || **2** centum sexaginta nouem **C** CLXIX **A** *om.* **E** CIIII *Pol* || **3** priuatis quinariae **CA** *om.* **E** || **4** mille quingente octo semis **C** mille DVIII semis **AE** MCII semis *Pol; fort.* MCVIII S *Buech* || **5** III IIII **CA** IIII IIII **E** || **7** sexaginta **C** LX **A** XL **E** | IV S *edd.* ius **C** usibus **AE** || **9** ⟨usibus⟩ *Buech* | quingentae LII *Pol* quingentas tres **C** CLIII **AE** || **10** unis **C** uias **AE** || **12** quinarie **C** aquarie **AE** | octoginta octo **C** LXXXVIII **A** LXXXV. in **E** || **13** lacibus *Buech* lacubus **AE** lacessus **C** || **15** Marciae *edd.* Martie **CAE** || **16** CCLXI S **C** CCLXIX **AE** CCLXVIIII, privatis DLXVIII *Pol* || **17** mille quadringente septua aginta due **C** MCCCCLXXII **AE** MLXXXXVIII *Pol* || **19** VI **C** *om.* **AE** | X **C** *om.* **AE** || **22** quinariae *om.* **AE** || **23** ⟨usibus publicis quinariae CCCCXXXVIIII⟩ *Pol* XDI*? Krohn* || **24** ⟨ex eo⟩ *Buech* | XLI. IS **C** XLI **AE** || **25** operibus — XLI *post* muneribus — CIIII *transp.* **AE**

muneribus XII quinariae CIIII,
lacibus CXIII quinariae CCLVI.
Tepulae erogabantur extra urbem 82
nomine Caesaris quinariae LVIII,
privatis quinariae quinquaginta sex,
reliquae quinariae CCCXXXI intra urbem dividebantur 2
per regiones quartam V VI VII in castella XIIII:
ex quibus nomine Caesaris quinariae XXXIIII,
privatis quinariae CCXXXVII,
usibus publicis quinariae quinquaginta:
ex eo castris I quinariae duodecim,
operibus publicis III quinariae septem,
lacibus XIII quinariae XXXII.
Iulia fluebat extra urbem 83
nomine Caesaris quinariis LXXX quinque,
privatis quinariis CXXI.
reliquae quinariae quingentae quadraginta octo intra 2
urbem dividebantur per regiones secundam III V VI
VIII X XII in castella decem et septem:
ex quibus nomine Caesaris quinariae decem et octo,
⟨privatis quinariae CLXXXXVI?⟩,
usibus publicis quinariae CCCLXXXIII:
ex eo castris ⟨II?⟩ quinariae sexaginta novem,
operibus publicis ⟨XI?⟩ quinariae CXXCI,
muneribus ⟨III?⟩ quinariae sexaginta septem,
lacibus viginti octo quinariae sexaginta quinque.
Virginis nomine exibant extra urbem quinariae ducen- 84
tae. reliquae quinariae duo milia trecentae quattuor intra 2

1 CIIII **CAE** IIIIC *?Krohn* || **2** CCLVI **CAE** CCLVIII *?Krohn* || **5** quinarie **C** *om.* **AE** || **7** regiones *edd.* regionem **CAE** || **8** XXXIIII **CAE** XXXXIIII *Buech* || **9** CCXXXVII **CAE** CCXXXXVII *Pol* || **11** I **C** II **AE** | duodecim **C** XII **AE** XI *?Krohn* || **13** XXXII **CAE** XXXI *Pol* || **15** quinariis *Krohn* quinarie **CAE** || **16** quinariis **C** quinarie **AE** || **17** quingente quadraginta octo **C** DXLVIII **AE** DLXXXXVII *Pol* || **18** regiones **AE** regionem **C** || **21** ⟨privatis quinariae⟩ *Schul* ⟨privatis CLXXXXVI⟩ *Pol* || **22** CCCLXXXIII **CAE** *pro* III *scr. vid.* II *Krohn* || **23** ⟨II⟩ *Krohn* ⟨III⟩ *Pol* ⟨IV⟩ *Schul* || **24** ⟨XI⟩ *Schul* ⟨X⟩ *Pol* | CXXCI **C** CXXI **AE** CLXXXII *Pol* || **25** ⟨III⟩ *Pol* || **27** ducente **C** M **AE**

urbem dividebantur per regiones septimam nonam quarta⟨m⟩decimam in castella decem et octo:
ex quibus nomine Caesaris quinariae quingentae novem,
privatis quinariae CCCXXXVIII,
usibus publicis ⟨quinariae⟩ ∞ C⟨D⟩LVII:
ex eo muneribus II quinariae XXVI,
lacibus viginti quinque quinariae quinquaginta una,
3 operibus publicis sedecim quinariae ∞ CCCLXXX. in quibus per se euripo, cui ipsa nomen dedit, quinariae CCCCLX.

85 Alsietinae quinariae trecenta⟨e⟩ nonaginta duo. haec tota extra urbem consumitur,
nomine Caesaris quinariae CC quinquaginta quattuor,
privatis quinariae centum triginta octo.

86 Claudia et Anio novus extra urbem proprio quaeque rivo erogabantur, intra urbem confundebantur.
2 et Claudia quidem extra urbem dabat
nomine Caesaris quinarias CCXLVI,
privatis quinarias CCCCXXX novem;
Anio novus nomine Caesaris quinarias septingentas viginti octo.
3 reliquae utriusque quinariae tria milia quadringentae nonaginta octo intra urbem dividebantur per regiones urbis XIIII in castella nonaginta duo:
ex quibus nomine Caesaris quinariae octingentae XVI,
privatis quinariae ∞ ⟨D⟩ sexaginta septem,
usibus publicis quinariae ∞ ⟨C⟩XV:
ex eo castris novem quinariae centum quadraginta novem,
operibus publicis decem et octo quinariae CCCLXXIIII,

1 quarta⟨m⟩decimam *edd.* quartadecimam **C** XIIII **AE** || 3 quingente nouem **C** CLVIIII **AE** || 5 ⟨quinariae⟩ *Kund* | ∞C⟨D⟩L[X]VII *Buech* MCCCCXVII *Pol* ∞ centum sexaginta septem **C** MCLXVII **AE** || 7 una *edd.* unum **C** I **AE** || 10 trecenta⟨e⟩ *edd.* trecenta **C** CCC **AE** || 12 CC *Pol* trecenta **C** CCC **AE** || 14 Claudia **CA** Laudia **E** || 15 confundebantur **C** confudebatur **AE** || 16 dabat **C** dabit **AE** || 17 quinarias **AE** quinarie **C** | CCXLVI **C** CCVII **AE** || 18 quinarias **AE** quinarie **C** || 19 quinarias septingentas *edd.* quinarie septingente **C** DCC **AE** || 23 octingentae XVI *Krohn* octingentae XVIII *Buech* octingente quindecim. u. **C** DCCCXV **AE** || 24 ⟨D⟩ *Buech* ∞ sexaginta septem **C** MLXVII **AE** || 25 ⟨C⟩ *Buech* ∞ XV **C** MXII **AE**

muneribus XII quinariae centum septem,
lacibus ⟨C⟩C viginti sex quinariae CCCCXXCV.

Haec copia aquarum ad Nervam imperatorem usque 87
conputata ad hunc modum discribebatur. nunc providen- 2
tia diligentissimi principis quicquid aut fraudibus aqua-
riorum intercapiebatur aut inertia pervertebat⟨ur⟩, quasi
nova inventione fontium adcrevit. ac prope duplicata 3
ubertas est et tam sedula deinde partitione distributa,
ut regionibus quibus singulae serviebant aquae plures
darentur, tamquam Caelio et Aventino in quos sola Clau-
dia per arcus Neronianos ducebatur, quo fiebat ut, quo-
tiens refectio aliqua intervenisset, celeberrimi colles siti-
rent. quibus nunc plures aquae, et in primis Marcia 4
reddita ampliore opere a S⟨p⟩e in Aventinum usque
perducitur. atque etiam omni parte urbis lacus tam novi 5
quam veteres plerique binos salientes diversarum aqua-
rum acceperunt, ut si casus alterutram inpedisset, altera
sufficiente non destitueretur usus. sentit hanc curam 88
imperatoris piissimi Nervae principis sui regina et domina
orbis in dies, quae terrarum dea consistit, cui par nihil
et nihil secundum, et magis sentiet salubritas eiusdem
aeternae urbis aucto castellorum, operum, munerum et
lacuum numero. nec minus ad privatos commodum ex 2
incremento beneficiorum eius diffunditur; illi quoque, qui
timidi inlicitam aquam ducebant, securi nunc ex bene-
ficiis fruuntur. ne pereuntes quidem aquae otiosae sunt: 3

2 ⟨C⟩ C **V** *Pol* centum **C** C **AE** | CCCCXX et CV **C** CCCCXXVII **AE** || **4** discribebatur *Buech* describebatur **CAE** || **6** intercapiebatur **C** intercipiebatur **AE** | peruertebatur **P** peruertebat **CAE** || **7** adcrevit *edd.* accreuit **AE** adcreuerat **C** | duplicata *Fea, Storia delle acque, pp. 53 et 347* publicata **CAE** || **8** et tam *Buech* tamen et **CAE** | partitione **AE** *edd.* parutione **C** || **9** ut *edd.* aut **CAE** || **12** refectio **C** defectio **AE** || **14** ampliore opere **AE** *Rub* amplo opere *edd.* amplo operi **C** | a S⟨p⟩e *Schul* ase **C** a se **AE** || **15** lacus **C** locus **AE** || **16** salientes *edd.* saleentes **AE** sal lentes **C** || **18** curam **AE** cura **C** || **20** quae **C** quamque **AE** || **20–21** quae – secundum *(cf. Martial. 12, 8) del. iuss. Lipsius de magn. Rom. I, 2, quod improbat Kappelmacher, Wien. Stud. 38, p. 181 (ann. Krohn)* || **22** aeternae urbis *del. iuss. Buech*

ablatae causae gravioris caeli, munda viarum facies,
purior spiritus, quique apud veteres se⟨mper⟩ urbi infa-
4 mis aer fuit est remotus. non praeterit me, deberi operi
novae erogationis ordinationem; sed haec cum incremento
adiuncserimus, intelligi oportet, non esse ea ponenda nisi
89 consummata fuerint. quid quod ne⟨c⟩ hoc diligentiae
principis, quam exactissimam civibus suis praestat, suffi-
cit, parum praesidii⟨s⟩ ac voluptatibus nostris contulisse
sese credentis, quod tantam copiam adiecit, nisi eam
2 ipsa⟨m⟩ sinceriorem iocundioremque faciat? operae pre-
tium est ire per singula, per quae ille occurrendo vitiis
3 quarundam universis adiecit utilitatem. etenim quando
civitas nostra, cum vel exigui imbres supervenerant, non
4 turbulentas limosasque aquas habuit? nec quia haec
universis ab origine natura est, aut quia istud incommo-
dum sentire debea⟨n⟩t quae capiuntur ex fontibus, in
primis Marcia et Claudia ac reliquae, quarum splendor a
capite integer nihil aut minimum pluvia inquinatur si
90 p⟨l⟩utea extructa et obiecta sint. duae Aniensis minus
permanent limpidae, nam sumuntur ex flumine ac saepe
etiam sereno turbantur, quoniam Anio quamvis purissimo
defluens lacu mob⟨i⟩libus tamen cedentibus ripis aufert
2 aliquid quo turbetur, priusquam deveniat in rivos. quod

1–2 ablatae — quique *transp. et restit. Krohn* | alla (alia **AE**) munditiarum facies. purior spiritus. et cause gravioris celi. quibus **CAE** || **2** se⟨mper⟩ *Krohn* se **C** *om.* **AE** | urbi **C** urbis **AE** || **3** est remotus **C** sunt remote **AE** || **3–6** non praeterit — fuerint *cf. ann. ad p. 34, 9* || **6** ne⟨c⟩ *ed. Argentorat.* ne **CAE** || **8** praesidii⟨s⟩ *Pol* praesidii **CAE** praesidii usibus *Buech* | uoluptatibus **C** uoluptatis **AE** || **9** adiecit **C** adiiciat **AE** | eam **AE** ea **C** || **10** ipsa⟨m⟩ *edd.* ipsa **C** copiam **AE** || **12** quarundam *Schul* aquarum quarundam *Buech* quorundam **CAE** || **13** exigui **C** exigii **AE** | imbres **CE** hymbres **A** || **14** limosasque **CA** lunosasque **E** || **15** origine **AE** originem **C** | natura **C** nature **AE** || **16** debea⟨n⟩t *edd.* debeat **CAE** | quae *Pol* que **CAE** || **18** inquinatur *Ioc* inquinatus **CAE** inquinatus † *Krohn* inquinatus sit *Grim* || **19** p⟨l⟩utea *Grim* putea **CAE** | et **C** *om.* **AE** | obiecta **AE** abiecta **C** obtecta *Buech* | Aniensis **AE** *Schul* antensis **C** || **20** permanent **CAE** permanant *coni. Th. Bergk, Philol. XXXII, p. 567* | sumuntur **C** sumitur **AE** || **22** mob⟨i⟩libus *Ioc* ⟨aquis⟩ *Grim* mollibus *Ded, Buech* moblib ***** **C** mobili **AE** || **23** aliquid **C** ad **AE**

incommodum non solum hibernis ac vernis, sed etiam
aestivis imbribus sentit, quo tempore [exiit] gratior aqua-
rum sinceritas exigitur. et alter quidem ex his, id est Anio 91
vetus, cum plerisque libra sit inferior, incommodum intra
se tenet. novus autem Anio vitiabat ceteras; nam cum 2
editissimus veniat et in primis abundans, defectioni
aliarum succurrit. inperitia vero aquariorum deducentium 3
in alienos eum specus frequentius, quam explemento
opus erat, etiam sufficientes aquas inquinabat, maxime
Claudiam quae per multa milia passuum proprio ducta
rivo, Romae demum cum Anione permixta in hoc tempus
perdebat proprietatem. adeoque † obvenientibus non 4
succurrebatur, ut pleraeque accerserentur per impruden-
tiam non uti[n] dignum erat aquas partientium. Marciam 5
ipsam frigore et splendore gratissimam balneis ac fulloni-
bus et relatu quoque foedis ministeriis deprehendimus
servientem. omnes ergo discerni placuit, tum singulas 92
ita ordinari ut in primis Marcia potui tota serviret et
deinceps reliquae secundum suam quaeque qualitatem
aptis usibus adsignarentur, sic ut Anio vetus pluribus ex
causis, quo inferior excipitur, minus salubris in hortorum
rigationem atque in ipsius urbis sordidiora exiret ministe-
ria. nec satis fuit principi nostro ceterarum restituisse 93
copiam et gratiam; Anionis quoque novi vitia excludi
posse vidit. omisso enim flumine ⟨aquam⟩ repeti ex lacu 2
qui est super villam Neronianam Sublaquensem, ubi
limpidissima est, iussit. nam cum oriatur Anio supra 3
Trebam Augustam, seu quia per saxosos montes decurrit

2 estiuis **CA** stiuis **E** | imbribus **CE** hymbribus **A** | [exiit] *Ded* ex⟨imie, licet nunquam non⟩ sit *Krohn* scilicet *Walther, Phil. Woch. 1929, p. 959; Grim* || **3** his **C** iis **AE** || **4** incommodum **C** incommodem **AE** || **8** eum **C** cum **AE** || **12** † obvenientibus *Krohn, qui: fere* op⟨tima quaeque usibus con⟩venientibus *ann.* || **12. 13** non succurrebatur **C** non succurrebat **AE** non secernebatur *Krohn* || **14** uti dignum *edd.* ut indignum **CAE** || **15** frigore et splendore *Krohn; cf. p. 42, 4* splendore et frigore *Schul* splendore in rigore et **CAE** || **16** foedis *edd.* fidis **AE** fideis **C** | deprehendimus **AE** deprendimus **C** || **21** inferior *Ded* interior **CAE** | excipitur **C** accipitur **AE** || **25** ⟨aquam⟩ *Heinr* || **28** Trebam *edd.* tribam **C** tubam **AE**

pauci⟨ssim⟩is circa ipsum oppidum obiacentibus cultis,
seu quia lacuum altitudine[m] in quo⟨s⟩ excipitur velut
defaecatur, inminentium quoque nemorum opacitate
inumbratus, frigidissimus simul ac splendidissimus eo
4 pervenit. haec tam felix proprietas aquae omnibus doti-
bus aequatura Marciam, copia vero superatura veniet in
locum deformis illius ac turbidae, novum auctorem impe-
ratorem Caesarem Nervam Traianum Augustum prae-
scribente titulo.

94 Sequitur ut indicemus quod ius ducendae tuendaeque
sit aquae, quorum alterum ad cohibendos intra modum
impetrati beneficii privatos, alterum ad ipsorum ductuum
2 pertinet tutelam. in quibus, dum altius repeto leges de
singulis ⟨a⟩qui⟨s⟩ lata⟨s⟩, quaedam apud veteres aliter
3 observata inveni. apud antiquos omnis aqua in usus pu-
blicos eroga⟨ba⟩tur et cautum ita fuit: „ne quis privatus
aliam ⟨aquam⟩ ducat, quam quae ex lacu humum acci-
dit“ – haec enim sunt verba eius legis – id est quae ex
4 lacu abundavit; eam nos caducam vocamus. et haec ipsa
non in alium usum quam in balnearum aut fullonicarum
dabatur, eratque vectigalis statuta mercede quae in
5 publicum penderetur. ex quo manifestum est quanto
potior cura maioribus communium utilitatium quam
privatarum voluptatium fuerit, cum etiam ea aqua quam
6 privati ducebant ad usum publicum pertineret. aliquid

1 pauci⟨ssim⟩is *Schul* paucihis **C** paucis **AE** | oppidum *Rubenius elect. II, 35* oppidis **CAE** || **2** altitudine *edd.* altitudinem **CAE** | quo⟨s⟩ *Pol* || **3** defecatur **C** deferatur **AE** | opacitate **AE** opacitatem **C** || **5** peruenit **C** prouenit **AE** | haec **AE** Ec **C** || **6** equatura **AE** aquatura **C** || **7** auctorem **C** *om.* **AE** || **10** ut indicemus **CE** *om.* **A** | quod **AE** qua **C** | ducende **C** dicende **AE** | tuendeque **C** que **AE** || **11** sid **C** *om.* **AE** || **14** ⟨a⟩qui⟨s⟩ lata⟨s⟩ *Buech* quilata **C** qui lata **AE** || **15** antiquos **CAE** quos *Ded* | omnis *edd.* omnes **CAE** | aqua **C** aquam **AE** | in usus **C** usus **AE** || **16** erogabatur *Ioc* erogatur **CAE** | et *Pol* ea **CAE** || **17** ⟨aquam⟩ *Graevius*, *Buech* | accidit *Graevius* accedit **CAE** || **18** eius legis **AE** et leges **C** || **22** publicum penderetur *Ioc* publico impenderetur **CAE** || **22–25** ex – pertineret *huc transp. Buech*; *post* fuisse (*p. 43, 7*) **CAE** || **23** utilitatium **C** utilitatum **AE** || **24** voluptatium *Buech* uoluptatum **AE** uoluntatium **C** || **24–25** cum – pertineret **C** ad usum publicum *post* cum *et* pertineret *post* etiam *transp.* **E** etiam *om.* **A**

et in domos principum civitatis dabatur concedentibus
reliquis. ad quem autem magistratum ius dandae ven- **95**
dendaeve aquae pertinuerit, in iis ipsis legibus variatur.
interdum enim ab aedilibus, interdum a censoribus 2
permissum invenio: sed adparet, quotiens in re publica
censores erant, ab illis potissimum petitum, cum ii non
erant, aedilium eam potestatem fuisse. tutelam autem **96**
singularum aquarum locari solitam invenio positamque
redemptoribus necessitatem certum numerum circa duc-
tus extra urbem, certum in urbe servorum opificum ha-
bendi, et quidem ita ut nomina quoque eorum, quos
habituri essent in ministerio per quasque regiones, in
tabulas publicas deferrent; eorumque operum proban-
dorum curam fuisse penes censores aliquando et aediles,
interdum etiam quaestoribus eam provinciam obvenisse,
ut adparet ex S. C. quod factum est C. Licinio et ⟨Q.⟩
Fabio cos. [censoribus]. quanto opere autem curae fuerit **97**
ne quis violare ductus aquamve non concessam derivare
auderet, cum ex multis adparere posset, tum et ex hoc
quod Circus maximus ne diebus quidem ludorum circen-
sium nisi aedilium aut censorum permissu inrigabatur,
quod durasse etiam postquam res ad curatores transiit 2
sub Augusto, apud Ateium Capitonem legimus. agri vero, 3
qui aqua publica contra legem essent inrigati, publica-
bantur. mancipi etiam, si cum eo quem ⟨constaret⟩ 4
adversus legem fecisse, multa diceba[n]tur. in isdem legi- 5
bus adiectum est ita: „ne quis aquam oletato dolo malo,
ubi publice saliet. si quis oletarit, sestertiorum decem 6

6 censores **C** *om.* **AE** | erant **AE** eserant **C** | ii **AE** duodecim **C** || **7** potestatem **CA** portantem **E** || **10** certum in *Ioc* centum ab **CAE** || **12** essent **C** sunt **AE** || **13** publicas **CA** publicis **E** || **14** penes *Pithoeus* per **CAE** || **15** questoribus **C** censoribus **AE** || **16** S. C. *Pithoeus* eo **CAE** || **16–17** C. Licinio et ⟨Q.⟩ Fabio cos. *Pol, Grim* clycynio consule et fabio censoribus **C** c. liciario consule et fabio censoribus **E** c. liciario coesule et fabio censoribus **A** | 'censoribus *cum lac. not. Krohn* || **18** aquarumue **C** aquarumne **AE** || **23** Ateium Capitonem *cf. fr. 26 Strzelecki* || **25** mancipi **C** Mancipia **AE** | ⟨constaret⟩ *Mommsen, Röm. Strafrecht, p. 824, a. 5;* mancipi *autem idem interpretatur: dem Uebernehmer der Instandhaltung (ann. Krohn)* || **26** legem **CA** *om.* **E** | diceba[n]tur *edd.*

7 milium multa esto.“ [oletato videtur esse olidam facito.]
8 cuius rei causa aediles curules iubebantur per vicos singu-
los ex iis qui in unoquoque vico habitarent praediave
haberent binos praeficere, quorum arbitratu aqua in
98 publico saliret. primus M. Agrippa post aedilitatem, quam
gessit consularis, operum suorum et munerum velut per-
2 petuus curator fuit. qui iam copia permittente discripsit,
quid aquarum publicis operibus, quid lacibus, quid pri-
3 vatis daretur. habuit et familiam propriam aquarum,
99 quae tueretur ductus atque castella et lacus. hanc Au-
2 gustus hereditate ab eo sibi relictam publicavit. post eum
Q. Aelio Tuberone Paulo Fabio Maximo cos. in re, quae
usque in id tempus quasi potestate acta certo iure
eguisse⟨t⟩, senatus consulta ⟨f⟩acta sunt ac lex promul-
3 gata. Augustus quoque edicto conplexus est, quo iure
uterentur qui ex commentariis Agrippae aquas haberent,
4 tota re in sua beneficia translata. modulos etiam, de
quibus dictum est, constituit et rei continendae exercen-
daeque curatorem fecit Messalam Corvinum, cui adiutores
dati Postumius Sulpicius praetorius et Lucius Cominius
5 pedarius. insignia eis quasi magistratibus concessa, deque
eorum officio senatus consultum factum, quod infra
scriptum est. [S. C.]
100 „Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos.
V. F. de iis qui curatores aquarum publicarum ex con-
sensu senatus a Caesare Augusto nominati essent ordi-
nandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C. placere huic ordi-

1 milium **AE** milia **C** | multa esto *edd.* multa est **AE** multatum est **C** | [oletato — facito] *Buech* | oletato **A** ooletito **C** oleato **E** || **2** iubebantur **CA** indebantur **E** || **7** discripsit *Buech* descripsit **CAE** || **8** quid[2] **AE** quo **C** || **11** hereditate **U** ereditati **C** hereditatem **AE** || **12** cos. *Buech* consulibus cum **AE** consuli **C** || **14** eguisset *edd.* eguisse **CAE** | senatus **AE** senaltais **C** | consulta *Pol* consulto **CAE** | ⟨f⟩acta *Pol* acta **CAE** || **17** tota **AE** tuta **C** || **21** deque **AE** dequo **C** || **22** consultum **AE** consulto **C** || **23** [S. C.] *Ded* S. C. **C** Senatus consultum **AE** || **24** Q. **AE** que **C** | tubero **C** tubo **AE** | Paulus *Pighius ann. III, p. 523* pullus **C** p. **AE** | cos. *edd.* consules **AE** consul **C** || **25** curatores **CA** curatores III **E** | consensu **C** consulto **AE** || **26** ordinandis **CAE** ornandis *prop. Bergk, Philol. XXXII, p. 567* || **27** I. *Ioc* **E** **CA** *om.* **E**

ni, eos qui aquis publicis praeessent, cum eius rei causa
extra urbem essent, lictores binos et servos publicos ter-
nos, architectos singulos et scribas et librarios, accensos
praeconesque totidem habere, quot habent ii per quos
frumentum plebei datur. cum autem in urbe eiusdem rei 2
causa aliquid agerent, ceteris apparitoribus isdem praeter-
quam lictoribus ⟨uti⟩. utique quibus apparitoribus ex 3
hoc senatus consulto curatoribus aquarum uti liceret,
eos diebus decem proximis, quibus senatus consultum
factum esset, ad aerarium deferrent; quique ita delati
essent, iis praetoris aerarii mercede⟨m⟩ cibaria, quanta
praefecti frumento dando dare deferreque solent, annua
darent et adtribuerent; isque eas pecunias sine fraude sua
facere liceret. utique tabulas, chartas ceteraque quae eius 4
curationis causa opus essent iis curatoribus praebenda
Q. Aelius Paulus Fabius cos. ambo alterve, si is videbitur,
adhibitis praetoribus qui aerario praesint, ea praebenda
locent. itemque cum viarum curatores [que] frumentique 101
parte quarta anni publico fung[eb]antur ministerio, ut
curatores aquarum iudiciis vacent privatis publicisque."
apparitores et ministeria, quamvis perseveret adhuc 2
aerarium in eos erogare, tamen esse curatorum videntur
desisse inertia ac segnitia non agentium officium. egressis 3
autem urbem dumtaxat agendae rei causa senatus praesto
esse lictores iusserat. nobis circumeuntibus rivos fides 4
nostra et auctoritas a principe data pro lictoribus erit.

1 eius AE ius C || **3** scribas et librarios *cf. lex Urson. 62* || **6** agerent AE agent C || **7** ⟨uti⟩ *edd.; om.* CAE || **9** proximis AE ∗∗ oximis C | senatus consultum AE senatus consulto C || **10** deferrent *edd.* deferenti C deferrentur E referrentur A || **11** praetoris C pretores AE | mercede⟨m⟩ *Casaubonus ad Suetonii Octav. 36* mercedes *Brissonius de formulis II, 81* mercede CAE || **12** *post* deferreque *add. vid.* suis apparitoribus *(ann. Krohn)* || **16** Q. elius AE que eius C | cos. *edd.* consules AE consul C | alterue AE ∗∗∗∗ rue C || **17** adhibitis pretoribus AE ∗∗∗∗∗ bitis praetor ∗∗∗∗∗ C | ea *Brissonius* et CAE || **18** que *del. Pol* † que *Krohn* viarum frumentique curatores *Ioc* | frumentique C frumenti qui AE || **19** funguntur *Ded* † fungebantur *Krohn* fungebantur CAE || **20** aquarum AE quarum C || **22** erogare *edd.* eroget CAE || **26** auctoritas CA auertas E

102 Cum perduxerimus rem ad initium curatorum, non est alienum subiungere qui post Messalam huic officio ad nos usque praefuerint.

2 Messalae successit Planco et Silio cos. Ateius Capito.

3 Capitoni ⟨C. Asinio Pollione⟩ C. Antistio Vetere cos. Tarius Rufus.

4 Tario [et] Ser⟨v⟩io Cornelio Cethego L. Visellio Varrone consulibus M. Cocceius Nerva, divi Nervae avus, scientia etiam iuris inlustris.

5 huic successit Fabio Persico L. Vitellio cos. C. Octavius Laenas.

6 Laenati Aquila Iuliano et Nonio Asprenate consulibus M. Porcius Cato.

7 huic successit post † quem Ser. Asinio Celere ⟨Sex.⟩ Nonio Quintiliano consulibus A. Didius Gallus.

8 Gallo Q. Veranio et Pompeio Longo cos. Cn. Domitius Afer.

9 Afro Nerone Claudio Caesare IIII et Cosso Cossi f. consulibus L. Piso.

10 Pisoni Verginio Rufo et Memmio Regulo consulibus Petronius Turpilianus.

11 Turpiliano Crasso Frugi et Laecanio Basso consulibus P. Marius.

1 perduxerimus **C** produxerimus **AE** || **4** Planco et Silio cos. *edd.* plancus et silius consules **C** plano et siluo consulibus **AE** | Atteius capito **AE** at eius capito **C** || **5** ⟨C. Asinio Pollione⟩ *Pol* * *fere 12 litt. spat.* **AE** * *5 litt. spat.* **C** || **7** Tario **AE** Taurio **C** | [et] *Ioc* | Ser⟨v⟩io *edd.* serio **C** Segerio **AE** || **8** auus **C** cuius **AE** || **9** etiam *om.* **AE** || **10** fabio **AE** fauio **C** | cos. *edd.* consulibus **AE** consule **C** || **12** Iuliano *Pol* Iuniano **AE** iunianus **C** | Nonio **AE** nonius **C** || **14** huic successit **AE** hinc seicessit **C** | † quem *Krohn* post menses quattuor *scr. Grim ex fastis Ostiens.; cf. Hülsen, Berl. Philol. Woch. 1920, p. 306* post mensem *coni. Nipperdey, Philol. VI, p. 378* | Ser. Asinio Celere ⟨Sex.⟩ Nonio *Hülsen l. c.* serasinius celera **** tonio **C** Seras iunio celer a * *(fere 10 litt. spat.)* ionio **A** Seras iunio celer a * *10 l.* ionio **E** || **15** A. Didius *edd.* adidius **C** didius **AE** | gallus **AE** gallius **C** || **16** gallo Q. Veranio **AE** galloque ueranius **C** | et **C** *om.* **AE** | pompeio longo **AE** pompeius longus **C** | cos. *edd.* consulibus **AE** consules **C** | Cn. **AE** en. **C** || **20** Memio **CA** axinio **E**

Mario Luccio Telesino et Suetonio Paulino cos. Fonteius 12
Agrippa.
Agrippae Silio et Galerio Trachalo cos. Albius Crispus. 13
Crispo Vespasiano III et Cocceio Nerva cos. Pompeius 14
Silvanus.
Silvano ⟨Domitiano II⟩ Valerio Messalino consulibus Tam- 15
pius Flavianus.
Flaviano Vespasiano V Tito III consulibus Acilius Aviola. 16
post quem imperatore Nerva III et Verginio Rufo III 17
consulibus ad nos cura translata est.

Nunc quae observare curator aquarum debeat et legem 103
senatusque consulta ad instruendum actum pertinentia
subiungam. circa ius ducendae aquae in privatis obser- 2
vanda sunt, ne quis sine litteris Caesaris, id est ne quis
aquam publicam non impetratam, et ne quis amplius
quam impetravit ducat. ita enim efficiemus ut modus, 3
quem adquiri diximus, possit ad novos salientes et ad
nova beneficia principis pertinere. in utroque autem 4
magna cura multiplici opponenda fraudi est: sollicite
subinde ductus extra urbem circumeundi ad recognoscen-
da beneficia; idem in castellis et salientibus publicis
faciendum, ut sine intermissione diebus ⟨et noctibus⟩
aqua fluat. quod senatus quoque consulto facere curator 5
iubetur, cuius haec [quoque] verba sunt:

„⟨Quod Q.⟩ Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus 104
cos. V. F. de numero publicorum salientium qui in urbe
essent intraque aedificia urbi coniuncta, quos M. Agrippa

1 Luccio *Buech* L. **AE** lu^{e}cius **C** | Telesino et Suetonio Paulino **V** Celesino et Suetonio paulino **AE** telesinus et suetonius paulinus **C** | cos. *edd.* consulibus **AE** consules **C** || **4** Vespasiano III et cocceio nerua consulibus **AE** Vespasianus III et cocceia nerua consule **C** || **6** ⟨Domitiano II⟩ *Buech* || **9** Imperatore **AE** imperator **C** || **12** consulta **AE** consulto **C** | instruendum **C** instituendum **AE** | actum **C** eum cum **AE** | pertinentia **C** pertinen **** **E** pertineulia **A** || **13** subiungam **AE** subsubiungam **C** | ducende **C** dicendi **AE** | aque **AE** eaque **C** || **19** sollicite **AE** sollicites **C** || **22** intermissione **AE** intermissionem **C** | ⟨et noctibus⟩ *Krohn* noctibusque *Ioc* || **24** [quoque] *edd.* || **25** ⟨Quod Q.⟩ *Brissonius et Opsopoeus quod in* quoque *latere vid. Ded, Krohn* || **26** cos. *edd.* consules **AE** consul **C** | V. F. **C** o. u. f. *ante* consules **AE**

fecisset, Q. F. P. D. E. R. I. C. neque augeri placere nec
minui ⟨numerum⟩ publicorum salientium, quos nunc
⟨CV⟩ esse retulerunt ii, quibus negotium a senatu est
imperatum ut inspicerent aquas publicas inirentque
2 numerum salientium publicorum. itemque placere cura-
tores aquarum, quos S. C. Caesar Augustus ex senatus
auctoritate nominavit, dare operam uti salientes publici
quam adsiduissime interdiu et noctu aquam in usum
populi funderent."
3 In hoc senatus consulto crediderim adnotandum quod
senatus tam augeri quam minui salientium publicorum
4 numerum vetuerit. id factum existimo, quia modus
aquarum quae is temporibus in urbem veniebant, ante-
quam Claudia et Anio novus perducerentur, maiorem
105 erogationem capere non videbatur. qui aquam in usus
privatos deducere volet, impetrare eam debebit et a
principe epistulam ad curatorem adferre; curator deinde
beneficio Caesaris praestare maturitatem et procuratorem
2 eiusdem officii libertum Caesaris protinus scribere. procu-
ratorem autem primus Ti. Claudius videtur admovisse,
3 postquam Anionem novum et Claudiam induxit. quid
contineat epistula, vilici⟨s⟩ quoque fieri notum debet, ne
quando neglegentiam aut fraudem suam ignorantiae
4 colore defendant. procurator calicem eius moduli, qui
fuerit impetratus, adhibitis libratoribus signari cogitet,
diligenter intendat mensurarum quas supra diximus mo-
dum et positionis notitiam habeat, ne sit in arbitrio
libratorum, interdum maioris luminis, interdum minoris
5 pro gratia personarum calicem probare. sed nec statim
ab hoc liberum subiciendi qualemcumque plumbeam

1 D. E. R. I. C. **C** de ea re ita censuere e. i. c. **AE** || **2** ⟨numerum⟩ *Ioc* || **3** ⟨CV⟩ *secundum Plinium, nat. hist. XXXVI, 15 Buech* || **6** S. C. *del. Schul, defend. Kornemann, Pauly-Wiss. IV, 1775; an* s⟨uo⟩ c⟨onsilio⟩ *? Krohn* || **7** uti **C** ut **AE** | publici **AE** publicis **C** || **11** augeri **CA** Augusti **E** || **14** perducerentur **C** perduceretur **AE** || **15** uidebatur **AE** uidebant **C** || **20** Ti. *edd.* ittus **C** T. **AE** || **22** villici⟨s⟩ *Pol* uilici **C** Iulia **AE** | quoque fieri *Heinr* fieri quoque **CAE** || **27** positionis *Schul* posuimus **CAE**

fistulam permittatur arbitrium, verum eiusdem luminis
quo calix signatus est per pedes quinquaginta, sicut
senatus consulto quod subiectum est cavetur.
,,Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. **106**
V. F. quosdam privatos ex rivis publicis aquam ducere,
Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. ne cui privato aquam
ducere ex rivis publicis liceret, utique omnes ii quibus
aquae ducendae ius esset datum ex castellis ducerent,
animadverterentque curatores aquarum, quibus locis
intra extra urbem apte castella privati facere possent, ex
quibus aquam ducerent quam ex castello communem
accepissent a curatoribus aquarum. ne cui eorum quibus **2**
aqua daretur publica ius esset, intra quinquaginta pedes
eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam
subicere quam † quinariam."
In hoc S. C. dignum adnotatione est, quod aquam non **3**
nisi ex castello duci permittit, ne aut rivi aut fistulae pu-
blicae frequenter lacerentur. ius impetratae aquae neque **107**
heredem neque emptorem neque ullum novum dominum
praediorum sequitur. balneis quae publice lavarent privi- **2**
legium antiquitus concedebatur, ut semel data aqua
perpetuo maneret. sic ex veteribus senatus consultis **3**
cognoscimus, ex quibus unum subieci. nunc omnis aquae
cum possessore instauratur beneficium.
,,Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. **108**
V. F. constitui oportere, quo iure intra extraque urbem
ducerent aquas, quibus adtributae essent, Q. D. E.
R. F. P. D. ⟨E. R.⟩ I. ⟨C.⟩ uti usque eo maneret adtri-

1 permittatur **C** permittant **AE** || **4** Q. *edd.* que **C** hi **AE** | cos. *edd.* consules **AE** consul **C** || **6** F. **C** e. **AE** | C. **AE** E. **C** || **7** omnes ii quibus **AE** omnes liquibus **C** || **9** animaduerterentque **C** animaduerteretque **AE** || **12** ne cui *Brissonius et ed. Panviniana* neve cui *Buech* ne qui **CAE** || **13** quinquaginta **AE** quinonaginta **C** || **15** quinariam *vereor ne ab interpolatore additum sit cum intercidisset ea sententia quam c. 105 extr. Frontinus significavit (ann. Buech)* || **16** adnotatione **C** admiratione **AE** || **19** dominum **AE** hominum **C** || **22** sic **C** sicut **AE** || **24** cum **C** que **AE** || **25** Q. **U** que **C** *om.* **AE** | aelius **C** Elius **AE** | cos. *edd.* consules **AE** consul **C** || **26** extraque **A** extra E^2 ** qui **C** || **28** ⟨E.⟩ *Ioc* | ⟨R.⟩ *ed. Panviniana* | I. **C** L. **AE** | ⟨C.⟩ *Ioc* | uti usque eo *Buech* uti iis eo que **AE** ut ius eoque **C**

butio aquarum, exceptis quae in usum balinearum essent
datae aut haustus nomine, quoad idem domini possiderent
id solum, in quod accepissent aquam."
109 Cum vacare aliquae coeperunt aquae, adnuntiatur et
in commentarios redigitur, qui respiciuntur ut petitoribus
2 ex vacuis dari possint. has aquas statim intercipere sole-
bant, ut medio tempore venderent aut possessoribus
3 praediorum aut aliis etiam. humanius [etiam] visum est
principi nostro, ne praedia subito destituerentur, triginta
dierum spatium indulgeri, intra quod ii ad quos res perti-
4 neret ⟨* – *⟩. de aqua in praedia sociorum data nihil
5 constitutum invenio. perinde tamen observatur ac iure
cautum, ut dum quis ex iis qui communiter impetrave-
runt superesset, totus modus praediis adsignatus flueret
et tunc demum renovaretur beneficium, cum desisset
6 quisque ex iis quibus datum erat possidere. impetratam
aquam alio, quam in ea praedia in quae data erit, aut ex
alio castello, quam ex quo epistula principis continebit,
duci palamst non oportere; sed et mandatis prohibetur.
110 impetrantur autem et eae aquae quae caducae vocantur,
id est quae aut ex castellis aut ex manationibus fistu-
larum ⟨effluunt⟩, quod beneficium a principibus parcis-
2 sime tribui solitum. sed fraudibus aquariorum obnoxium
est, quibus prohibendis quanta cura debeatur, ex capite
mandatorum manifestum erit quod subieci.
111 „Caducam neminem volo ducere nisi qui meo beneficio
2 aut priorum principum habent. nam necesse est ex
castellis aliquam partem aquae effluere, cum hoc pertineat

1 que **AE** quam **C** || **4** alique **AE** alieque **C** | adnuntiatur **C** abnuntiatur **AE** || **6** intercipere *Pol* intercidere **C** interdicere **AE** || **8** [etiam^{2}] *Opsopoeus* autem *coni. Pol* || **10** *post* pertineret *addendum cum Jordansio:* petere possent beneficii instaurationem *ann. Krohn; sine lac.* **CAE** || **11** aqua **AE** iqua **C** || **13** iis **C** his **AE** || **15** desisset **C** dedisset **E** redisset **A** || **16** quisque **AE** quisquam **C** | possidere *** **C**; *sine interm.* **AE** || **16. 17** impetratam aquam **AE** impetrata aqua **C** || **17** erit *Buech* erat **CAE** || **18** continebit **C** contrahebat **AE** || **19** palamst **C** palam s. c. **AE** || **21** manationibus **C** minationibus **AE** || **22** ⟨effluunt⟩ *Ioc* || **26** *ante* caducam * (*17 fere litt. spat.*) **CAE** || **27** nam **C** non **AE**

non solum ad urbis nostrae salubritatem, sed etiam ad
utilitatem cloacarum abluendarum".

Explicitis quae ad ordinationem aquarum privati usus **112**
pertinebant, non ab re est quaedam ex iis, quibus circum-
scribi saluberrimas constitutiones in ipso actu deprehen-
dimus, exempli causa attingere. ampliores quosdam cali- 2
ces, quam impetrati erant, positos in plerisque castellis
inveni et ex iis aliquos ne signatos quidem. quotiens 3
autem signatus calix excedit legitimam mensuram, am-
bitio procuratoris qui eum signavit detegitur. cum vero 4
ne signatus quidem est, manifesta culpa omnium, maxime
accipientis, deprehenditur, deinde vilici. in quibusdam, 5
cum calices legitimae mensurae signati essent, statim
amplioris moduli fistulae subiectae fuerunt, unde acci-
derat ut aqua non per legitimum spatium coercita, sed
per brevis angustias expressa facile laxiorem in proximo
fistulam inpleret. ideoque illud adhuc, quotiens signatur 6
calix, diligentiae adiciendum est, ut fistulae quoque
proxumae per spatium, quod S. C. conprehensum dixi-
mus, signentur. ita demum enim vilicus cum scierit non 7
aliter quam signatas conlocari debere, omni carebit
excusatione. circa conlocandos quoque calices observari **113**
oportet ut ad lineam ordinentur nec alterius inferior ca-
lix, alterius superior ponatur. inferior plus trahit; su- 2
perior, quia cursus aquae ab inferiore rapitur, minus du-
cit. in quorumdam fistulis ne calices quidem positi fuerunt. 3
hae fistulae solutae vocantur et, ut aquario libuit, laxan- 4
tur vel coartantur. adhuc illa aquariorum intolerabilis **114**
fraus est: translata in novum possessorem aqua foramen
novum castello inponunt, vetus relinquunt quo venalem
extrahunt aquam. in primis ergo hoc quoque emendan- 2
dum curatori crediderim. non enim solum ad ipsarum 3

1 non solum **C** *om.* **AE** || **4** pertinebant **C** pertinebit **A** pertinebam **E** || **12** deprehenditur *suspectum. certe quidem transponi debet ante* maxime *(ann. Buech)* || **14** acciderat **AE** acciderant C^2 || **17** illud adhuc **AE** illuc at huc C^2 || **19** quod **AE** qud C^2 || **22** excusatione **AE** excusationem C^2 || **23** inferior *edd.* interior C^2**AE** || **27** solute C^2 solite **AE** || **27–28** et — coartantur C^2 *om.* **AE**

aquarum custodiam, sed etiam ad castelli tutelam perti-
115 net, quod subinde et sine causa foratum vitiatur. etiam
ille aquariorum tollendus est reditus, quem vocant punc-
2 ta. longa ac diversa sunt spatia, per quae fistulae tota
3 meant urbe latentes sub silice. has comperi per eum qui
adpellabatur a punctis passim convulneratas omnibus in
transitu negotiationibus praebuisse peculiaribus fistulis
aquam, quo efficiebatur ut exiguus modus ad usus publi-
4 cos perveniret. quantum ex hoc modo aquae ser⟨i⟩vatum
sit, aestimo ex eo quod aliquantum plumbi sublati⟨s⟩
eiusmodi ramis redactum est.

116 Superest tutela ductuum, de qua priusquam dicere
incipiam, pauca de familia quae huius rei causa parata
2 est explicanda sunt. ⟨propriae aquarum⟩ familiae sunt
3 duae, altera publica, altera Caesaris. publica est antiquior,
quam ab Agrippa relictam Augusto et ab eo publicatam
diximus; habet homines circiter ducentos quadraginta.
4 Caesaris familiae numerus est quadringentorum sexaginta,
quam Claudius cum aquas in urbem perduceret constituit.
117 utraque autem familia in aliquot ministeriorum species
diducitur: vilicos, castellarios, circitores, silicarios, tecto-
2 res aliosque opifices. ex his aliquos extra urbem esse opor-
tet ad ea quae non sunt magnae molitionis, maturum
3 tamen auxilium videntur exigere. homines in urbe circa
castellorum et munerum stationes opera quaeque urge-
bunt, in primis ad subitos casus, ut ex conpluribus re-
gionibus, in quam necessitas incubuerit, converti possit
4 praesidium aquarum abundantium. tam amplum nume-
rum utriusque familiae solitum ambitione aut negligentia

5 comperi **AE** compari C^2 || **6** conuulneratas C^2 conuulneratis **AE** || **7** negotiationibus C^2**AE** negociatoribus *Ioc* || **9** ser⟨i⟩vatum *Krohn* seruatum C^2**AE** || **10** estimo C^2**E** existimo **A** | sublati⟨s⟩ *Pol* sublati C^2**AE** || **14** propriae aquarum *Kund*; *cf. c. 98* aquariorum *Grim; ante* familiae * (*15 fere litt. spat.*) C^2 || **16** ab eo **AE** habeo C^2 || **18** familie **AE** familia C^2 || **21** diducitur *Ioc* deducitur C^2**AE** | circitores C^2 curatores **AE** || **23** ad ea C^2 ad id ea **AE** || **24** homines *Buech* omnes C^2**AE** | urbe **AE** urbem C^2 || **25** opera quaeque C^2 operaque que **AE** || **27** quam C^2 quas **AE** || **28** abundantium *Heinr* abundantius C^2**AE** || **29** ambitione *edd.* ambitionem C^2**AE** | negligentia *edd.* negligentiam **A** neglegentiam C^2**E**

praepositorum in privata opera diduci revocare ad ali-
quam disciplinam et publica ministeria ita instituimus,
ut pridie quid esset actura dictaremus et quid quoque die
egisset actis conprehenderetur. commoda publicae fami- 118
liae ex aerario dantur, quod inpendium exoneratur vecti-
galium reditu ad ius aquarum pertinentium. ea consta⟨n⟩t 2
ex locis aedificiisve quae sunt circa ductus aut castella
aut munera aut lacus. quem reditum prope sestertiorum 3
ducentorum quinquaginta milium alien⟨a⟩tum ac vagum,
proximis vero temporibus in Domitiani loculos conversum
iustitia divi Nervae populo restituit, nostra sedulitas ad
certam regulam redegit, ut constarent quae essent ad hoc
vectigal pertinentia loca. Caesaris familia ex fisco accipit 4
commoda, unde et omne plumbum et omnes inpensae ad
ductus et castella et lacus pertinentes erogantur.

Quoniam quae videbantur ad familiam pertinere ex- 119
posuimus, ad tutelam ductuum sicut promiseram diver-
temus, rem enixiore cura dignam, cum magnitudinis
Romani imperii vel praecipuum si⟨n⟩t indicium. multa 2
atque ampla opera subinde nascuntur, quibus ante succurri
debet quam magno auxilio egere incipiant, plerumque
tamen prudenti temperamento festinanda, quia non
semper opus aut facere aut ampliare quaerentibus cre-
dendum est. ideoque non solum scientia peritorum sed et 3
proprio usu curator instructus esse debet, nec suae tan-
tum stationis architectis uti, sed plurium advocare non
minus fidem quam subtilitatem, ut aestimet quae reprae-
sentanda, quae differenda sint, et rursus quae per redemp-
tores effici debeant, quae per domesticos artifices. nas- 120
cuntur opera ex his causis: aut vetustate corrumpitur

4 commoda *Ioc* quomoda C^3 quomodo C^2 *om.* **AE** || **6** consta⟨n⟩t *edd.* || **7** ex locis aedificiisve *Buech* (hortis *Ioc* villis *Mommsen; fort.* ⟨prae⟩di⟨is⟩ *Krohn)* ex olie. difficisue C^2 ex oli edicisue **AE** | aut **AE**C^3 et C^2 || **9** alien⟨a⟩tum *Pol* alientem C^2**AE** || **10** conuersum C^2 est uersum **AE** || **12** ad hoc *edd.* ad hec **AE** abhoc C^2 || **13** accipit C^2 accepit **AE** || **17** promiseram C^2 promiseramus **AE** | diuertemus C^2 diuertimus **AE** || **19** uel C^2 id **AE** | si⟨n⟩t *edd.* sit C^2**AE** || **22** festinanda *Krohn* sustinenda C^2**AE** | non C^2 ante **AE** || **30** his *edd.* in **CAE** | causis **CA** casis **E**

quid aut inpotentia possessorum aut vi tempestatium aut
culpa male facti operis, quod saepius accidit in recentibus.
121 fere aut vetustate aut vi ⟨tempestatium⟩ partes duc-
tuum laborant quae arcuationibus sustinentur aut mon-
tium lateribus adplicatae sunt, et ex arcuationibus ea⟨e⟩
2 quae per flumen traiciuntur. ideoque haec opera solli-
3 cita festinatione explicanda sunt. minus iniuriae sub-
iacent subterranea nec gelicidiis nec caloribus exposita.
4 vitia autem eiusmodi sunt, ut aut non interpellato cursu
subveniatur eis, aut emendari nisi averso non possint,
122 sicut ea quae in ipso alveo fieri necesse est. haec duplici
ex causa nascuntur: aut enim limo concrescente, qui inter-
dum in crustam indurescit, iter aquae coartatur, aut
tectoria corrumpuntur, unde fiunt manationes quibus
2 necesse est latera rivorum et substructiones vitiari. pilae
quoque ipsae tofo extructae sub tam magno onere la-
3 buntur. refici quae circa alveos rivorum sunt aestate non
debent, ne intermittatur usus tempore quo praecipue
desideratur, sed vere vel autumno et maxima cum festi-
natione, ut scilicet ante praeparatis omnibus quam pau-
cissimis diebus rivi cessent. neminem fugit, per singulos
ductus hoc esse faciendum, ne, si plures pariter avertantur,
123 desit aqua civitati. ea quae non interpellato aquae cursu
effici debent, maxime structura constant, quam et suis
2 temporibus et fidelem fieri oportet. idoneum structurae
tempus est a Kalendis Aprilibus in Kalendas Novembres
ita ut optimum sit intermittere eam partem aestatis
quae nimiis caloribus incandescit, quia temperamento
caeli opus est, ut ex commodo structura conbibat et in

1 quid aut *Krohn* aut quid **C** *om.* **AE** | tempestatium **C** -tum **AE** || **2** in **C** ideo **AE** || **3** ⟨tempestatium⟩ *Ioc* ⟨tempestatium eae⟩ *Buech* || **4** sustinentur **AE** sustinetur **C** || **5. 6** ea⟨e⟩ quae *edd.* ea que **AE** aque **C** || **9** cursu **AE** cur **C** || **10** averso *Pol* ⟨aqua⟩ aversa *Ded* auersa **C** aduersa **AE** || **12** enim **C** *om.* **AE** || **15** Pile **C** per que **E** parue **A** || **16** tofo **C** cofo **AE** || **17** rivorum sunt *Buech* sunt riuorum *cum transp. sign.* **C** *sine sign.* **AE** | estate **CA** state **E** || **20** scilicet **C** s ******* **AE** || **24** et **C** *om.* **AE** || **26** nouembres **C** Nouembris **AE** || **27** eam **AE** iam **C** || **29** commodo *Schoene, Hermes VI, p. 249* commodi **CAE**

unitate⟨m⟩ conroboretur; non minus autem quam sol
acrior gelatio praecipit materiam. nec ullum opus dili- 3
gentiorem poscit curam quam quod aquae obstaturum
est; fides itaque eius per singula secundum legem notam
omnibus sed a paucis observatam exigenda est. illud nulli 124
dubium esse crediderim, proximos ductus, id est qui a
septimo miliario lapide quadrato consistunt, maxime
custodiendos, quoniam et amplissimi operis sunt et
plures aquas singuli sustinent. quos si necesse fuerit inter- 2
rumpere, maiorem partem aquarum urbis destitue⟨n⟩t.
remedia tamen sunt et huius ⟨modi⟩ difficultatibus: in- 3
choatum excitatur ad libram deficientis, alveus vero
plumbatis canalibus per spatium interrupti ductus rursus
continuatur. porro quoniam fere omnes specus per pri- 4
vatorum agros derecti erant et difficilis videbatur futurae
inpensae praeparatio, nisi aliqua iuris constitutione
succurreretur, simul ne accessu ad reficiendos rivos re-
demptores a possessoribus prohiberentur, S. C. factum est
quod subieci.
„Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. 125
V. F. de rivis, specibus, fornicibus ⟨a⟩quae Iuliae, Marciae,
Appiae, Tepulae, Anienis reficiendis, Q. D. E. R. F. P. D.
E. R. I. C. uti cum ii rivi, ⟨specus⟩, fornices, quos Au-
gustus Caesar se refecturum impensa sua pollicitus se-
natui est, reficerentur, ex agris privatorum terram, limum,

1 unitate⟨m⟩ *edd.* unitate **CAE** | corroboretur **AE** conrobetur **C** || **1.2** quam sol acrior *Ded* sol acrior quam **CAE** || **2** gelatio **AE** celatio **C** | nec **C** neque **AE** || **3** aquae *Ioc* eque **CAE** || **5** obseruatam **C** obseruatum **AE** || **7** septimo *Pol* sexto **C** VI **AE** || **9** singuli sustinent **AE** singulis sustinet **C** || **10** destitue⟨n⟩t *Corradinus de Allio; transponendum esse videtur sic:* maiorem partem urbis aqua tum destituet *(ann. Krohn, qui post* partem † *sign.)* || **11** ⟨modi⟩ *Pol, qui* opus *ante* inchoatum *add. prop.* || **12** alueus **AE** aluea **C** || **15** derecti **C** directi **AE** || **16** preparatio nisi **C** preparationis **AE** | aliqua iuris *Schul* alicuius **CAE** | constitutione **C** constitucio ne **AE** || **17** succurreretur **C** succurreret **AE** || **20** Q. **AE** que **C** | cos. *edd.* consules **AE** consul **C** || **21** specibus **C** specubus **AE** | aquae *Buech* que **CAE** || **22** **D** *ex* **B** *corr.* **C** || **23** ⟨specus⟩ *Schul* || **24** impensa sua pollicitus **AE** impensa asollicitus **C** || **25** reficerentur ∗∗∗∗∗∗∗∗ ex **C** *sine interm.* **AE** ⟨et necesse esset requirere⟩ *Krohn*

lapidem, testam, harenam, ligna ceteraque quibus ad
eam rem opus esset, unde quaeque eorum proxime sine
iniuria privatorum tolli, sumi, portari possint, viri ⟨boni⟩
arbitratu aestimata darentur, tollerentur, sumerentur,
exportarentur; et ad eas res omnes exportandas earumque
rerum reficiendarum causa, quotiens opus esset, per agros
privatorum sine iniuria eorum itinera, actus paterent,
126 darentur.“ plerumque autem vitia oriuntur ex inpotentia
2 possessorum, qui pluribus modis rivos violant. primum
enim spatia, quae circa ductus aquarum ex S. C. vacare
3 debent, aut aedificiis aut arboribus occupant. arbores
magis nocent, quarum radicibus et concamerationes et
4 latera solvuntur. dein vicinales vias agrestesque per
5 ipsas formas derigunt. novissime aditus ad tutelam prae-
6 cludunt. quae omnia S. C. quod subieci provisa sunt.
127 „Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus
cos. V. F. aquarum, quae in urbem venirent, itinera
occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri,
Q. F. P. D. E. R. I. C. cum ad reficiendos rivos specusque
iter aquae et opera publica corrumpantur, placere circa
fontes et fornices et muros utraque ex parte vacuos qui-
nos denos pedes patere, et circa rivos qui sub terra essent
et specus intra urbem et extra urbem continentia aedificia
utraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui ita ut neque
monumentum in is locis neque aedificium post hoc tem-
pus ponere neque conserere arbores liceret; si quae nunc
essent arbores intra id spatium, exciderentur praeterquam

2 eorum **C** earum **AE** || 3 ⟨boni⟩ *Ioc* || 4 arbitratu/*5 fere litt.* **C** *sine interm.* **AE** || 4–5 tollerentur — exportarentur *om.* **AE** || 9 modis **AE** *om.* **C** || 16 Q. *edd.* quintus **A** quintus Q. **E** que **C** || 17 cos. *edd.* consul **C** *om.* **AE** || 19 Q. *Ioc* que **CAE** || 19–20 *post* per *lac. ind. Krohn* specusque per que *sine lac.* **CAE** per⟨tineat, ut spatium circa eos pateat neve quicquam ad eos ponatur, quo impediantur a⟩quae *suppl. Mommsen; cf. Bruns, font. iur. rom.*[6] *p. 185;* specusque iter aquae *Gund; cf. Bruns, font. iur. rom.*[7], *p. 193* || 21 uacuos **AE** *om.* **C** | quinos *Pithoeus* c quinos **AE** c uinos **C** || 23 *traditam lectionem serv. Gund; fort. scrib.* intra urbem et continentia aedificia et extra urbem *(ann. Krohn)* | et[2] *om.* **E** || 27 exciderentur *ed. princ., Pol* exciperentur **CAE**

si quae villae continentes et inclusae aedificiis essent. si 2
quis adversus ea conmiserit, in singulas res poena HS
dena milia essent, ex quibus pars dimidia praemium
accusatori daretur, cuius opera maxime convictus esset
qui adversus hoc S. C. conmisisset, pars autem dimidia
in aerarium redigeretur. deque ea re iudicarent cognosce- 3
rentque curatores aquarum."

Posset hoc S. C. aequissimum videri, etiam ⟨si⟩ ex re 128
tantum publicae utilitatis ea spatia vindicarentur, multo
magis cum maiores nostri admirabili aequitate ne ea qui-
dem eripuerint privatis quae ad ⟨com⟩modum publicum
pertinebant, sed cum aquas perducerent, si difficilior
possessor in parte vendunda fuerat, pro toto agro pecu-
niam intulerint et post determinata necessaria loca rursus
eum agrum vendiderint, ut in suis finibus proprium ius
⟨tam⟩ res publica quam privata haberent. plerique tamen 2
non contenti occupasse fines, ipsis ductibus manus adtule-
runt per suffossa latera passim cursus ⟨* – *⟩ ius aqua-
rum impetratum habent, quam ii qui quantulumcumque
beneficii ⟨impetrandi⟩ occasione ad expugnandos ⟨* — *
duct⟩uum abutuntur. quid porro fieret, si non universa ista 3
diligentissima lege prohiberentur poenaque non mediocris
contumacibus intentaretur? quare subscripsi verba legis. 4

„T. Quin⟨c⟩tius Crispinus consul populum iure rogavit 129
populusque iure scivit in foro pro rostris aedis divi Iulii

2 poena HS *Pol* pena hes C ******* A *om.* E || 6 deque AE dique C || 8 S. C. C S^{tus} consultum A S^{tu} E | ⟨si⟩ *Ioc* || 9 utilitatis C utilitas AE | uindicarentur C indicarentur AE || 11 eripuerint *Ded* -runt CAE | ⟨com⟩modum *van der Vliet, Mnemos. X, 1882, p. 326* || 16 ⟨tam⟩ *ed. princ.* || 17 occupasse AE occupassent C || 18 per suffossa latera *Heinr* per suetossa latera C persuetas salatam AE | *post* cursus *lac. stat. Pol; fere* cursus ⟨rivorum avertentes tam ii qui⟩ *Pol Heinr Krohn* | ius AE us C || 19 impetratum AE imperatum C | quam ii *edd.* quam hii C aquam ii A aquam hi E || 20 impetrandi *Kund ex Krohnii coni.; fere* ⟨impetrandi negotium fugientes, beneficio⟩ occasionis ad expugnandos ⟨inlicitos usus fructus publicorum duct⟩uum *coni. Krohn* | occasione *Buech* -nis CAE | ⟨duct⟩uum *Krohn* num C nunc AE || 23 intentaretur AE intentarer C | qua re *Schul* que CAE | subscripsi CA subscribi E || 24 Quin⟨c⟩tius *Ded* | consul **** C ⟨de senatus sententia⟩ *Buech; sine interm.* AE

2.3 p. K. Iulias. tribus Sergia principium fuit. pro tribu[s]
4 Sex. ⟨* – *⟩ L. f. Virro ⟨primus scivit⟩. quicumque post hanc legem rogatam rivos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum, quae ad urbem ducuntur, sciens dolo malo foraverit, ruperit, foranda rumpendave curaverit peiorave fecerit, quo minus eae aquae earumve quae qu⟨e⟩a⟨t⟩ in urbem Romam ire, cadere, fluere, pervenire, duci, quove minus in urbe Roma et in iis locis, aedificiis, quae urbi continentia sunt, erunt, in is hortis, praediis, locis, quorum hortorum, praediorum, locorum dominis possessoribus U. F. aqua data vel adtributa est vel erit, saliat, distribuatur, dividatur, in castella, lacus inmittatur, is populo Romano ⟨HS⟩ centum milia
5 dare damnas esto. et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire, reficere, restituere, aedificare, ponere et celere demolire damnas esto sine dolo malo; ⟨e⟩aque omnia ita ut coercenda multa dicenda sunt, quicumque curator aquarum est, erit, si curator aquarum nemo erit, tum is praetor qui inter cives et peregrinos ius dicet, multa[m], pignoribus cogito, exercito, eique curatori aut, si curator non erit, tum ei praetori eo nomine cogendi,
6 pignoris capiendi ius potestasque esto. si quid eorum servus fecerit, dominus eius HS centum milia populo

1 p. K. **AE** P. R. **C** | tribus *Brissonius* tribui **C** scribui **AE** | pro tribu[s] *edd.* || **2** S. ⟨Vibidius⟩ Virro *cf. Dessau, PIR III, 418, 373; Syme, JRS 39, 1949, 17; Hanslik, RE VIII A, 1945, 2 (idem vel ex eius gente);* Sex. ⟨Visellius⟩ *Buech* S. Sex⟨tius⟩ L. f. Virro *Gund* Sex. L. f. Virro **C** sex L. f. Varro **AE** | ⟨primus scivit⟩ *Brissonius* || **5** ruperit **C** rupit **AE** || **6** peioraue **E** *Schul* peioremeu **CA** || **6** eae aquae *edd.* eaea qua **C** ea eaque **AE** || **7** queat *Gund* qua **CAE** || **8** fluere *Opsopoeus* fluis **C** flui **AE** | duci **AE** duei **C** | minus **AE** manus **C** || **9** aedificiis, quae *Buech, Krohn* qua aedificia *Mommsen; cf. Bruns, font. iur. rom.^{7} p. 113* quaeedificia **C** | aedificiis – **10** locis *om.* **AE** || **11** U. F. = usufructuariis *explic. Gund* || **13** inmittatur **AE** / midtatur **C** | ⟨HS⟩ *Buech* || **14** qui clam **AE** *Rub* quidam **C** || **16** ⟨e⟩aque *Mommsen, Röm. Staatsrecht 2^3, p. 464* aque **C** atque **AE** || **17** coercenda – sunt *huc transp. Gund; inter* cogendi *et* pignoris (**21. 22**) **CAE** || **19** dicet *Buech* dicit **CAE** || **20** multa[m] *edd.* || **21** pretori **AE** pretorio **C** | cogendi *Pol* cogende **E** cogente **A** cogere De **C** || **22** esto **AE** est **C** || **23** HS *om.* **E**

D. D. E. si quis ⟨locus⟩ circa rivos, specus, fornices, 7
fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum,
quae ad urbem Romam ducuntur et ducentur, terminatus
est et erit, neve quis in eo loco post hanc legem rogatam
quid obponito, molito, obsaepito, figito, statuito, ponito,
conlocato, arato, serito, neve in eum quid inmittito,
praeterquam rerum faciendarum reponendarum causa,
[praeterquam] quod hac lege licebit, oportebit. qui ad- 8
versus ea quid fecerit, et adversus eum siremps lex, ius
causaque omnium rerum omnibusque esto, atque uti esset
esseve oporteret, si is adversus hanc legem rivum, specum
rupisset forassetve. quo minus in eo loco pascere, herbam, 9
fenum secare, sentes ************** curatores
aquarum, qui nunc sunt quique erunt, ⟨* — *⟩ circa fontes
et fornices et muros et rivos et specus terminatus est,
arbores, vites, vepres, sentes, ripae, maceria⟨e⟩, salicta,
harundineta tollantur, excidantur, effodiantur, excodi-
centur, uti quod recte factum esse volet; eoque nomine
iis pignoris capio, multae dictio coercitioque esto; idque
iis sine fraude sua facere licet⟨o⟩, ius potestasque esto.
************ quo minus vites, arbores, quae villis, 10

1 D. D. E. = dare damnas esto *Ursinus, Buech* det **CAE** | locus *add. Buech* || **4** est et erit *Buech* est erit *Grim* steterit **CAE** | neve *Gund* neque **CAE** || **5. 6** *imperativum modum rest. Schul* obponit, molit, obsepit, figit, statuit, ponit, conlocat, arat, serit **CAE** || **6** inmittit **CAE** || **7** rerum *Mommsen, cf. Bruns, font. iur. rom.*[7], *p. 114* earum **CAE** † *sign. Krohn, Grim* || **8** [praeterquam] *Opsopoeus* || **9** siremps lex, ius *Scaliger* si rem publicam ex iussu **C** sirem. p. ex iussu **E** si remp ex iussu **A** || **11** esseve oporteret *Ritschl, Rhein. Mus. VIII, p. 300* esseque oportere **CA** esseque oporteret **E** || **12** *post* quo **AE** specum – quo *repet.* || **13** sentes * *(15 fere litt. spat.)* **CAE** ⟨tollere liceat, eius hac lege nihilum rogato⟩ *Mommsen, Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. XV, p. 301* || **14** *post* erunt *add. sec. Buech:* faciunto, ut in eo loco qui locus || **15** fornices et muros *Pol* fortuni *** et murorum **C** fortuni ********* et murorum **E** fortuni * *12 l.* et murorum **A** || **16** maceria⟨e⟩ *edd.* || **18** uti quod **C** utique **AE** | recte **U** rectum **C** *om.* **AE** || **19** capio *edd.* capto **CAE** | multae dictio *Scaliger* multa edici **CAE** | coercitioque esto *Opsopoeus* po**o. R. citi questo **C** po****OR citique esto **A** po **** or citique esto **E** || **20** licet⟨o⟩ *Bruns* | esto ******** **A** *12 l.* **E** isto * *(12 fere litt. spat.)* **C**

aedificiis maceriisve inclusae sunt, maceriae, quas curatores aquarum causa cognita ne demolirentur dominis permiserunt, quibus inscripta insculptave essent ipsorum qui permisissent curatorum nomina, maneant, hac lege
11 nihilum rogat[i]o. quo minus ex iis fontibus, rivis, specibus, fornicibus aquam sumere, haurire iis, quibuscumque curatores aquarum permiserunt, permiserint, praeterquam rota, calice, machina licea⟨t⟩, dum ne qui puteus neque foramen novum fiat, eius hac lege nihilum rogato."

130 Utilissimae legis contemptores non negaverim dignos poena quae intenditur, sed neglegentia longi temporis
2 deceptos leniter revocari oportuit. itaque sedulo laboravimus ut, quantum in nobis fuit, etiam ignorarentur qui
3 erraverant. is vero, qui admoniti ad indulgentiam imperatoris decucurrerunt, possumus videri causa impetrati
4 beneficii fuisse. in reliquo⟨m⟩ vero opto ne executio legis necessaria sit, cum officii fidem etiam per offensas tueri praestit⟨er⟩it.

1 curatores **AE** curatorum **C** || 3 insculptave *Mommsen, cf. Bruns, l. c.* -que **CAE** || 5 rogat[i]o *Mommsen, C. I. L.* I^1, *p. 71* || 7 permiserint **C** permiserunt *om.* **AE** || 8 licea⟨t⟩ *edd.* | ne qui **C** nequi **AE** || 9 eius **C** eis **AE** || 13 quantum **AE** quanta **C** || 14 is **CE** iis **A** || 16 reliquo⟨m⟩ *Heinr, Buech* || 17 etiam **AE** otiam **C** || 18 praestit⟨er⟩it *Schul* praestet *Ioc; mendum latius patere susp. Krohn*

INDEX NOMINVM ET RERVM

RE = Pauly-Wissowa Realencycl. *Hb* = Müller, Handb. d. klass. Altertumswiss. *L* = Lexikon d. alt. Welt. *ED* = Berger, Encycl. Dict. of Roman Law.

Magnis numeris capitula, parvis paragraphi demonstrantur